rū in lib. iij. in ca. de dictis medicinis 2 cibariis inquit.
Altrial. i. merlus auis nescio autem an sit idem tu con
sidera.

¶ Chimolea fm cōpositoze est terra sarda sine Hispana.
quidā terrā argentariā vocat. Gilbertus ibidē ait: chi
molea. i. terra alba Jo. serap. in ca. de mulieribus qual
significetur qd ipse sint pregnantes inquit chimolea est
marmor inuentum in luto viridi. Idem in suis simplici
bus in ca. de chimolea inquit qd sunt eius due spēs vna
est alba olida alia est purpurea velut vncruosa. que qñ
tangitur adheret digitis. 2 est melior alijs hec apud dia.
vocatur gicimolia cuius alia est alba atq; densa. alia
purpurea: 2 quasi pinguis apud Auic. vocatur lutum
chimolee. quidā falso putauerunt esse terrā sigillatā qd
non creditur.

¶ Laurus fm circa insās est cocognidiū semē ei^o. hic
textus est falsus. nā laureola apud Serap. inter species
lauri describit et cocognidiū apud diaforidē vocat ca
melea que alio nomine dicitur mezereon. vnde per hoc
dico qd laureola nō est semē cocognidiū imo cocognidiū
est semen camelee seu mamercon.

¶ Platocimū scōm cōpositoze est siler ergo est siler mō
tanū nā platocimū est dictū latū cimūz. qd est siliceos.
preterea gilbertus ibidem ait. Platocimini id est silerio
montani.

¶ Lapis magnea fm dia. gigni atq; inuenit circa lit^o

De electuarijs

ocean. apud ragothicas et in india ab inuatore sic vocatus est aut colore ferrugineus magis hinc virtutes et velut spiritum in attraheo ferru. hinc lapide qda probandi ca maioris virosu. Papias ait. magnea lapis indic. ab inuatore eiusde nois dicitur cui rata vis est vt ferru ad se trahat q si iuxta eu adamas positus fuerit mox remittit.

¶ Lapis agapis fm copositorie est lapis agarista. qda falso putauerunt esse lapide iudaicu fm dia. est lapis potentiss habens maximas sed qui colore habet similem peli leonis yz ad morsum scorpionis.

¶ Muscelinu. soleu muscelinu qd ex musco et alijs speciebus fit cuius descriptio infra apparebit. quida falso oleu balaninu putauerunt: sed no recte. na muscelinu dicitur a musco et balaninu a granis becn.

¶ Petroleu. i. oleu petroleu qd a modernis esse napta seu spes et ab alijs dicitur: sicut demonis. Desuetudine de oleis in confectione olei philosophoru inquit est aut ei aliud qd fit a natura et perfert aliud minera. aliud mare et est loc manatiois ei in insulis et scopulis maris: et vocat napta: cui tres modi sunt. est em quod da subalbidu: et qda subrubu tenue: et aliud grossum subnigrum subalbidu vero est meli alijs. subrubum est post illud: aliud vero postea.

¶ Caballi marini fm copositorie sunt pisces habentes collu et caput et rostru ad modu equi: et cauda ad modu lacerte reuolutam super dorsum et isti sunt pisces qui in mari inuentunt dicitur vulgari noie caballi: eo q caput habet simile caballi capiti: et pedes simili modo.

¶ Liciu fm eude est succus de florib capisoli vel oculi lucidus ergo est succus matris silue que apud nos iuxta hortos inuenit. infra in pupillis lucis minoribus ostendam melius.

¶ Herba siriaca fm eude: et Mattheu siluaticu est malua. Silibertus ibide ait. herbe siriace. i. malua si vero dixerit rosus siriaci non esset idem. nam rossiacus est sumach. et herba siriaca est malua: ambo reperiuntur in hac compositione.

¶ Flos oleadi. i. nerion siuero de dredon et est planta venenosa: cuius folia sunt silia amigdale: sed maiora et pinguiora: et flores rodon. i. rose similes semel est patet sicut cornu veluti lana de intus habet simile in cinto scz herba est illi oblonga angusta falsa nascit in locis aquosis et maxime in maritimis hec apud qda lardu vocat dia. Sulfuracha fm qda est herba q odore hz sulfuris et dicitur q est flos trifoli. Symo Januensis ait. dens equinus a qbusda vocat sulfuracha plata iuxta fluuios nascit fm ho Mattheu siluaticu des cabalinus vel dens equinus est cassilago siue iusquam. na sine dubio des equinus dicitur a multis iusquam: et est plata q nascit multu iuxta fluuios et in sterquilis locis et est qua papifles herbam pinulam vocant.

¶ Cardam. i. nasturtiu et est nome grecu. Silibertus ibidem ait. cardamu. i. nasturtiu. scz et semel. miro: q galienus in vii. simpliciu dicit cardamus. i. crocus ortulanus. et est ex herbis spinosis. qd falsum est. na cardamus est nasturtium: preterea ide in vii. dicit cardamus. i. nasturtiu credo th q hoc accidit errore scriptoris. na dicitur cardamus. i. crocus hortulanus. et ia. de cardamo duo facit ca. na ei species sunt multe est em cardamus domesticus dicitur nasturtiu et est cardamus aquaticus dicitur senation seu erionu. et sic de singulis.

¶ Sit i. meiantium siue melanchion. apud modernos est nigella nigra q apud dia. vocat melatium. multi falsi apothecarij loco cit vtuntur illo semine qd in bladiis inuenit qd a multis gitono vulgariter dicitur. sed non recte na sit que in medicina effica ca habet est semel minutum like semini porri cu odore iocudo: hoc semel inuentu fuit ab hodiernis. et apud nos vltra padum in terra nojata pinaroli inuenit et vocat rocheram. antiq tpe vtetur nigella q colore citrinu habebat ac triangulatu cu odore priou. vñ sapietas volit q per git intelligat nigella nigra et per nigellu intelligatur nigella citrina et que hodie ambe note sunt.

¶ Uritur fm silibertus ibide est minutu: et puto falsu. nec sinopodia vt qda dicitur imo uritur veru est cinabiu. Sy

mon ianuenis inquit uritur siue uritur qd cuq dicitur corruptu est na arabice zengifur dicitur et est cinabiu. Sulcalim in tractatu primo. inquit modus faciendi zengifur: et est cinabiu ergo uritur est cinabiu et no minutum nec est sanguis draconis. vt quidam crediderunt.

¶ Cortex nere fm copositorie est cortex cerasi agrestis. et ei semel a multis modernis machaleb dicitur. Jo. archylianus in ca. de signis lapidis renu inquit. nere. i. cerasoru silue striu. sed platearius inquit q est arbor in apulia in uenitur producens fructu ad modu bacharu lauri: qua vtuntur faracent ad faciendu nictura: si sic est cerasa agrestis no sunt nere et pro certo ide no est quia Matt. silus. in. c. de machaleb inquit machaleb est medulla fructus cerasi domestici vel siluestris: et est in veritate medulla cerasi siluestris cuiusdam qua mulieres arabu vtunt in oleo vngunt capillos suos et alio nomine vocat nere et est arbor cerasi siluestris apud nos deserit machaleb ex tanua cuius magnitudo non est vt dicit platearius.

¶ Mabahematon fm copositorie est succus caulium agrestiu et sic credo esse veru fm circa insulas est fructu: quod non est et vide de ipso supra qz meli ostesum fuit.

¶ Electuariu ducis. R. anisi. s. ij. gr. xv. liqritie mastice an. s. ij. gr. v. camedreos zinziberis cinamomi galange maratri. i. feniculi carui an. s. j. gr. xv. calameti piretri piperis albi: et longi ciperi: sgnati. dauci: irei. i. ireos anomi folij affari an. s. j. spice croci gummi arabici. dragagati. seis aneti calamit aromati. cubebe cardamomi. carpobalsami: leuistici. alexadri: iuniperi: sileris motani: pctas fillo: seminis sparagij reubarbari vrtice reuopotici: nucis miristice ligni aloes. basilicosis milijfolij. farifragie: citri seiscitri: ameos radicū sparagi: melonis. cucumeris: et cucurbite: scariole: et petroselini be. albi et rubei: storacis calamite an. gra. xv. penidio ru. s. j. et. s. ij. s. mellis. q. s.

¶ Istud electuariu no est in vsu: fm intentione copositorie dicitur ducis ab abbate de curia qui illud composuit ad opus regis ducis filij roberti guiscardi.

¶ Electuariu pliris arcticu. R. cinamomi: gariofoloruz ligni aloes galage spice nucis muscate: zinziber. spodij sgnati: ciperi: rosaz rubeaz violaz an. s. j. et gra. xv. folij liqritie mastice storacis. calamite sansuci balsamite. basiliconis. cardamomi. macropipis. mirtilorum corticu citri. an. s. j. et gra. v. gemaru been albi et rubei. corali albi et rubei. sete combuste an. s. j. gra. ij. s. musci gra. vij. s. ca pboze gra. v. sirupi rosati qd sufficit.

¶ Istud electuariu non est in vsu dicitur a sit pliris. i. completa medicina. arcticu principiu interpretat. valet tristibus. melancholicis Silibertus de anglia in. c. de differetia intestinali velleptica habet vnam alia descriptio: nem que eade est huic.

¶ Sanfucus fm dia. a siculis amarus nominatur. ite apud eundem cetaurea minor ab alijs amara vocat qd falsum est: na amarus si est sanfucus. no est cetaurea ppterca fm modernoru opinionem gualt tenet q amarus sit alaco siue vehuen. na An. in. v. ca. in descriptioe tertia tro. alinda caron ingredientiu in tyria: ca magna. inquit amarus. i. alaco alba ergo amarus

est matricaria. que apud Auic. in .8. cano. vocatur ve-
huc. et est herba que apud lombardos crispula voca-
tur: sed sanfucus est vera maiorana.

¶ Balsamita fm cōpositoꝝ est menta aquatica q̄ alio
nomine sinibruū vocatur. versū sinibruū apud Auic. in
ij. cano. vocatur nemē. sed nō recte. q̄ nomen est serpillū
balsamita vero est menta que odorē parū balsami red-
dit. et est herba que apud nos iuxta aquas inuenitur.

¶ Gēme fm nostroz doctoz sniam sunt lapides p̄ciosi
quos Mes in electuario de gēme nā electuariū de gē-
me b̄i p̄pter lapides p̄ciosos qui ipsum ingrediūtur.
et vocantur a multis fragmēta cordialia. et sunt propue
zaphiri hiacinti sardini granate et smaragdi et istos q̄n
q̄ lapides meo tempore vidi in ipso electuario ponere:
quidam dicunt q̄ per gēmas intelligitur extremitates
been albi et rubei: sed prima opinio est melior. Constan-
tinus in viatico in ca. de lachrymis oculoz inquit gē-
marū nō perforatarū. ego existimo q̄ fm ipm debet esse
margarite siue perle: versū est q̄ margarite sunt lauda-
te in isto electuario s̄ magis laudat illi lapides p̄ciosi.

¶ Sirupus rosatus fit ex aqua infusionis rosarum et
succa. vt docet cōpositoꝝ. idē docet Mes. opz aut si hāc
cōfectionē facere volueris fm intentionē cōpositoꝝ:
q̄ accipiat infusio rosarū de qua fit sirupus rosatus: et
hec infusio clarificetur et coquatut zucaru. fm artē. et
quando coctū fuerit adde species supradictarū versū:
et fiat electuariū in morellis quod satis est notum.

Electuariū de succo rosarū. R. zuccari: succi
rosarū añ. li. j. et. 3. ij. sandali albi rubei
et citrini. i. mahazari añ. 3. vj. spodij. 3. ij. dia-
gredij. i. scamonee cocte in ctonio. 3. xij. cam-
phore. 3. j. tempera ad modum electuarij cū
sirupo facto de predicto zucaro et succo ro-
sarum: et fiat electuariū.

¶ Istud electuariū est in vsu. b̄i aut electuariū de succo
rosarū ab eodē succo q̄ recipit. Hilbertus de anglia in
ca. de cura arthetice: fm modernos h̄z vnā aliā descri-
ptionē que idē est. Petrus de cresctis in ca. de rosaria:
habet mel rosatū electuariū de succo rosarū. sirupū ro-
satum et oleū rosatū. que oīa sunt ex auctoritate Nicolai
supra est positū electuariū rosatū. q̄ etiā est in vsu sub
noīe electuarij rosari Mes. et istud est in vsu sub noīe ele-
ctuarij de succo rosarum q̄ satis est notum.

Electuariū diaisopū. R. isopi ireos thimi
melanopiperis. i. piperis nigri añ. 3. xx. gli-
coni. timbre. pigami. cimini. añ. 3. xx. carniū
dactiloz caricaz pinguiū. passilaz enuclea-
tarū maratri. i. feniculi. añ. 3. x. zinziberis. ani-
si. carui. leuistici. añ. 3. v. mellis quod sufficit.

¶ Istud electuariū nō est multum in vsu. Silber. de ang-
lia in ca. de causis tussis h̄z vnā aliā descriptionē que
eadē est. isopus aut est herba satis nota. et hic est isopū
secca. isopus s̄o humida est pinguedo seu foridices la-
narū ouū. Auic. in .ij. cano. de vtraq̄ ca. facit. circa in istā
inquit isopus herba est satis cōis virtutē habet folia et
flores. nō aut radix: in estate cū flores p̄ducit colligitur
in ymbroso loco nō fumoso suspēditur et desiccatur: in
medicina folia et flores abiectis spiritibus ponantur per
annum seruātur. singulis annis renouantur.

¶ Gliconiū fm cōpositoꝝ est pulegiū. Hilber. etiā in sua
descriptione posuit gliconiū. quod fm quosdā est mēta-
strū. aliū dicit quod est calamētum montanum. s̄ opinio
modernoz est si intētio cōpositoꝝ est quod ipsum
fit pulegium nos possumus ipsum sequi.

¶ Timbra i. saturegia. fm macrū. idē inuenitur apud
Sera. in .c. de saturegia. et hec est herba que in hortis
inuenitur. circa in stans aut saturegia cum flores produ-
cit colligatur et in ymbra desiccetur.

¶ Pigami est ruta agrestis fm Ba. in .viii. de simplici-
bus. itē inuenit dia pigami. i. electuariū de ruta cuius
descriptio infra apparebit.

Electuariū ad restaurationē humiditatis.
R. liquiritie. rase zuccari añ. 3. ij. dragagati
gūmi añ. 3. j. sandali albi et citrini. 3. vj. pa. al-
bi. 3. j. 5. succi ligritie amidi. portu. scariole.
añ. 3. 5. spodij. garioflorū. florū vnarū agre-
stiu añ. 3. ij. cinamomi. 3. j. storacis. calami
te zinziberis añ. 3. ij. croci. 3. j. penidij. 3. ij. se-
citroli. i. citruli. melonis cucumeris. et cucur-
bite añ. 3. 5. se. citoniorū. 3. ij. amigdalorum
pinearū berberis. sebesten. se. malue. violaz
añ. 3. j. sirupi albi quod sufficit.

¶ Istud electuariū nō est in vsu vna agrestis fm cōposi-
toꝝ est lambrusca. Dia. in .cap. de euathio inqt euathio
flos est vitis agrestis: q̄ cum ceperit florere colligēdi sunt
flores ipsi et desiccādi et in testa reponēdi. Alius nascitur
in siria et sicilia. Plini. euanthiū flos est vitis agrestis q̄
lambrusca b̄i. Itē alibi oenanthū vitis labrusce vna colli-
git cum flo: e. et desiccā in ymbra et cōponit aut ab oen-
nos quod est vinum grece. et anthos quod est flos.

Electuariū cōtra lūbricos. R. berbe de mō-
te pessulano. i. fantonici li. j. cornu cerui vsti.
3. ij. se. canapis. 3. ij. cinamomi. 3. ij. abrota-
ni absinthij origani carui baccarū lauri añ.
3. j. thimi zinzibe. git. i. nigelle nigre q̄ mala-
chion appellat lupinorū añ. 3. ij. cardamo. 3. j.
mellis decocti cū gramine quod sufficit.

¶ Istud electuariū nō est in vsu. Rainaldus de villa no-
ua in libro sc̄do in cap. de lumbriis et ascaridib⁹ ponit
electuariū ad lūbricos necādos expertū: et illud elec-
tuarium videtur in aliquibus rebus esse idē. versū. Ni-
colaus in sua descriptione plura simplicia habet.

¶ Santonicum fm cōpositoꝝ: est herba q̄ inuenit in
monte pessulano. Rainaldus loco eius habet centonice
que alio noīe herba babilonica appellatur: et videt esse
spēs absinthij: q̄ apud Serap. s̄chea vocat q̄ fm eun-
dē est absinthij marini et sic est sine rubio. hoc ap̄d mo-
dernos est absinthij marini. et est illud q̄ hodie grane-
la vocat. aut herba marina aut somenzina deferet de is-
nuā ad nos et sunt q̄ vocat ipam herbā zennā: et ab ali-
q̄bus b̄i semē sc̄m. Nicola⁹ floretin⁹ i. li. vj. in .ca. de ver-
mib⁹ v̄tris et cura inqt dixit iudens q̄ semē bran. alias
b̄m datū in quantitate 3. v. emitti facit nidū vermiū q̄ ap-
pellant cucurbitini penitus: et ego existimo q̄ sit semen
sc̄m q̄ vocat semen vermiū. Idē infra ibidē in vno elec-
tuario ait seminis vermiū. q̄ b̄i sc̄m a quibusdā m̄oz
semen fantonici: quod idem est fm modernoz. sniam.

¶ Ceru⁹ aīal est satis notū. os q̄ inuenit i corde ipsius
et cornu ei⁹ adustū et alie partes ipi⁹ multa iuuamenta
h̄nt in medicina sicut est notū practicātib⁹: mod⁹ autez
adustionis cornu eius est q̄ accipiatur cornu cerui: in-
cidatur minutim: et ponatur in olla in fornace: et ibi di-
mittatur die ac nocte: deinde extrahatur: si est album si-
gnum est q̄ est combustum: si autem factus iterum tā-
tum q̄ sit bene album: deinde referuetur.

Silio antropos. R. folij. i. malabatri. squinā-
ti: ciperi: assari: euforbij: thimi: petrosilij:
macedonici: aneti. lapidis lincis añ. 3. ij. 5.
cinamomi: calami aromatici polipodij: filia-
lidos: melanopipis. i. piperis nigri leuistici
se. petroselini. seminis vrtice lithos spermaa

tis: bardane gummi bedere añ. ʒ. ij. galage. nardi. i. spice nardi. sedoarie betonice. fu. i. valeriane. meu. sparagi cardamo. ap. ij. mara tri. i. feniculi. eruce sinapis. orobi al. et rubei añ. ʒ. ʒ. gario. ʒ. in ʒ. iberis. costi cassie lignee pi retri costi spice celtice. mira. chebuloz corti cũ olibani leucopipis. i. piperis albi carpo Balsami. carui. cimini baccaꝝ lauri sileris. i. sileris mōtani añ. ʒ. j. olei nardi. pulegij sam bucini. i. de sambuco muscellini. id est de musco añ. grañ. xv. mellis quod. s.

¶ Filoantropos amic⁹ hols vel misericors interpretatur hoc antidotū apud nos est in vsu sꝫ eius descriptiones sunt diuerse sꝫ diuersitate locoz. nā sunt ex hols⁹ q̄ faciēdo ipm errāt. sicut ostendaz. gilbertus de anglia in ca. de signis descriptionis lapidis renuz et vesice hꝫ filoantropo maius et minus que fere idē sunt licet quedam simplicia mutauerit quedam omiserit.

¶ Filoantropos etiā aliq̄ inuenit pro quadā herba q̄ est spēs lappagi. vñ dia. in ca. de apparine inq̄ apparine quā greci filoantropo vocāt latine purpurea vel lappago dicitur herba eius cuius forma ibi docet que apud nos circa hortos nascit⁹ et muros. p̄li. in cēt apparine aliq̄ on faco carpon. aliq̄ filoantropo vocāt ramosam vsutā qui mis senise in orbē ramoz. folijs. p̄ interualla semē rotūdū durū et cōcarū subdulce nascitur i frumētario agro aut hortis pratisue asperitate vestium tenaci.

¶ Foliū. i. malabstrum sunt ex hols⁹ q̄ loco ei⁹ ponūt folia gariofilij sed hodierni doctores magis laudāt spēcā aut macem q̄ folia gariofilij. et sic meo tēpore in isto antidoto macem viridi ponere.

¶ Assari. i. assarabacare. cui⁹ radix vsui medicine cōpetit. Unde gal. in. vj. simplicis cassaron. i. assarabacare. iu uamentum quod est in hac planta sunt radices eius.

¶ Petroselinū macedonicū sꝫ cōpositoz est alexādrū vel olizantrū. cui⁹ semē est nigrū. q̄ satis est notū: sunt ex hols⁹ q̄ cōponūt in isto antidoto semen petroselini et macedonicum: sꝫ errātā sapiētes volunt intelligi solū petroselinū macedonicū. q̄ est alexādrū. et hoc est verū. nā paulo inferi⁹ in descriptione hui⁹ antidoti recipitur semen petroselini id est petroselini vsualis.

¶ Lapis lincis sꝫ cōpositoz est lapis q̄ fit ex vīna lupi ceruarū coagulata in mōtib⁹. Enax in suo lapidario in cap. de lapide lincis. dixit q̄ fit de vīna lupi ceruarū micta: et in mōtib⁹ coagulata que in domo fuata gñat optimos fungos. Diasco. facit capitulum de lotio lincis. i. vīna lincis quem multi ligurum vocant.

¶ Fissalidos sꝫ cōpositoz est filipēdola. dāt mihi admirationē vba Symo Zanuenis: q̄ dicit fissalidos: vesichagorechēchēdi: ca cabū idē species est solatri. sꝫ emi inuentionē suā fissalidolidos est alchechengi: q̄ moderni nō approbāt. ipse etiā met supra in ca. de filipēdula inq̄. filipēdula in antidotario Nicolai in cōfectione filoantropos. sꝫ manifestū est legētib⁹ Nicolai in p̄dicto antidoto nō ex hisse filipēdula nisi sub noie fissalidos: aut igitur text⁹ est de prauitate: aut sub nomine text⁹ fissalidos intellexi filipēdula: et si sic s̄b̄p̄s cōtradicit dū dicit q̄ est alchechengi. veritas autē est q̄ filipēdula ibi ponit sub noie fissalidos. Matt. silua. in ca. de filipēdula inq̄. filipēdula fissalidos patrisiria idē. ʒ. rē circa in hās filipēdula fissalidos alio noie appellat in maritimis partibus. et in apulia in mōtuosis locis reperit. radix eius hēctipue medicine cōpetit. per decē annos in multa efficacia seruatur in sine autūni colligit. Idem in sine ait. valet electuarium hoc apud fit ex ea. scilicet filoantropo ad eadem apud nos etiam nascitur: cuius folia sunt similia petroselino. sed plena et non expansa cum capitulo simile aneto habente florem album: radicem habet factam vt peonia: sed minorem: hec apud nos in pratis inuenitur.

¶ Litospermatia sꝫ cōpositoz est millium folia. sꝫ gilbertus ibidem habet millium folia et litospermatia: et dixit quod est saxi fragia: quod credo esse falsum sicut apparet apud symo. ianueni. in multis locis: vt in ca. de calib. et in ca. de litospermatia et sic meo tēpore cōcordati fuerunt doctores ponere in isto antidoto pro lithospermate millium folia. sunt ex hominibus qui ponūt selinū spermatia p̄ litho spermate: sed nō recte. q̄ ibi habet seminis apij.

¶ Bardana. i. lappago maior: quidā psonatā vocauerunt alij lappam vocant. quidā sapientes dixerūt quod bardana sine lappa ingreditur in isto antidoto. q̄ filoantropos p̄ herba idē est. vñ ʒ. lappo. lappa dicta q̄ hēat caule ingentē p̄ terrā dispositum. hec a grec⁹ filoantropos vocat: quod vsitib⁹ hoim in hēreat ob asperitate sui.

¶ Orobo⁹ albus. i. herbilia alba orobo⁹ rubeus. i. herbilia rubea. de qua dia. in ca. de herba dixit herbū siue vt alij orobū nascitur in lenticula. scribitur etiā cuius aliud palidū: aliud subzuffum. et aliud albū. ab aui. i. scō canoni. eodē noie vocat: sed miror q̄ ipse in sinonimis q̄ sibi attribuntur dicat herbū. i. orobus et est ameliciarda que est aurū romanū et achirofa. cui⁹ gūmi dicit carabe. q̄ falsum est nā herbū est orobū. sed non carabe. sunt q̄ ponūt viciā p̄ orobo: sed errāt. et miratur suis quodā apothecario q̄ ponebat loco orobi viciā sꝫ autē guilelmuz pia centinum herbum est robilia seu cicercula.

Galua muscata que intrat in p̄ciosis medicinis et electuarijs sic fit. R. mastice. ʒ. ij. gūmi. s. gūmi. añ. ʒ. j. cāphore. ʒ. j. hec autē bene teratur et cribelētur et trocisci informētur cũ aqua rosata. et siccētur in ymbra et postq̄ fuerint desiccati teratur subtilissime. et misceatur cum. ʒ. iij. olei sambucini colati. etiā bulliti ad medietatē cũ spēbus istis bene tritis. R. cinamomi. gariofilorum nucis muscate ana. ʒ. ʒ. ex omnibus istis bene manib⁹ malaratis fiant trocisci. in medio concaui et cũ sigillo sigillati ad p̄. ʒ. ʒ. et postea yngantur aqua rosata mixta cum musco.

Galua autē muscata sꝫ cōpositoz sunt trocisci facti cum musco et alijs spēbus. q̄ dā dixerūt q̄ dicit galua. q̄ p̄ mo in galia p̄vincia fuit repta. circa in hās dixit galua muscata q̄ dā dicit q̄ fruct⁹ est sꝫ falsum. sꝫ est q̄ dā cōfectio ex spēb⁹ aromaticis et musco. Mesue in distinctione de trociscis posuit aliā descriptionē que nō cōcordat cũ ista. et p̄pter hoc volūt medic⁹ q̄ qñ inuenit in receptis Nicolai galua muscata intelligam⁹ de illa q̄ fit sꝫ hoc idē intelligere debem⁹ in receptis Mesue apud arabes sicut est galua. infra apperebit descriptio meue i tractatu de trociscis.

¶ Oleū sambucini. i. oleū q̄ fit ex florib⁹ sambach seu ʒaba ch: seu vt vulgo gesem: nū cui⁹ mod⁹ infra apperebit. hāc cōfectionē opz phicere cũ bona diligētia: et isti trocisci debent sigillari cũ sigillo sacro: vt docet albu chasim.

Alqua rosata mixta cũ musco sic debet fieri. R. aque rosate bone et electe ll. ij. musci. boni odoris: non falsificati auf. j. tere et pone in boccia de vitreo et distilla cũ lēto igne paulatim quousq; tota distillet. postea repone eaz in vase vitreo. et stringe os ei⁹ et ytere in istis trociscis. et vbi oportet. Justinū. R. cinamomi folij costi. nardi. i. spice nardi. cassie lignee. aristologie rotunde et longe. elenij. yso pi. pulegij. artemisie. pentaphilonis. i. qnq; folij.

folij leucopiperis albi. orobi. i. herbilie. p^{er}
trofelini. leuistici. i. cheisim. macedonici. se^m
minis vrtice. seminis granifolis. citri sari^s
fragie: iuniperi seminis sparagi sileris mō^s
tani apij. aneti. pigami. i. rute. feniculi. anisi.
baccarū lauri. añ. ʒ. j. mellis quod sufficit.

¶ Justinū autē a iustino impatore cōpositū seu inuen-
tum dicitur. Siliber. de angliā in. c. de signis discretiois la-
pidis renū ʒ vesice habet vnam aliam descriptionē que
conuenit cum ista. hoc antidotum est multū in vsu.

¶ Elenij. i. enule cuius radix vsui medicine cōperit cir-
ca instans ait enule duplex est maneris: scz hortulana
et campestris que maioris est efficacie radix eius in the-
dicinis debet poni non folia. colligitur radix in princē-
pio estatis: ʒ soli exsiccat ne humiditate putrescat. q^{uod}
duos annos seruetur vel per tres.

¶ Artemisia. i. mater herbarū siue berēgesis. Plin. inquit
de artemisia mulieres hanc gloriā affectauerunt in quib^{us}
artemisia vroz mauscoli regis adoptata herba hoc no-
mine vocatur: que ante paternis vocabatur. sunt q^{ui} ab
artemide que est diana arthemisā cognominatā putat:
quoniam priuatim medicatur feminarum malis.

¶ Catarticum imperiale. R. diagredij mira^b
bola. citrinorū bermodactilorū. succari. añ.
ʒ. iij. ʒ. cinamomi nardi: saxifragij polipo^s
dij. añ. ʒ. ij. cardamomi: zinziberz. celtice me^s
lanopiperis. i. nigri. macropiperis. i. longi.
gariofiloz añ. ʒ. j. mellis quod sufficit.

¶ Catarticū autē imperiale. i. laxatiuū pro imperatori-
bus vel pro alijs delicatis hoibus interpretat siliber^{us}
de angliā in. c. de signis discretiois lapidis renū ʒ vesice
habet hanc eandem descriptionem.

¶ Litontripon. R. nardi. zinzij. xilobal. i. ligni
balsami. acori. cinamomi paucedani meu.
melanopiperis leucopiperis ʒ macropipe^r
ris saxifragie añ. ʒ. ij. ʒ. carpobalsami gario.
costi reupon. liquiri. dragan. alexandri. i. ma-
cedo. camedrei. apij semis sparagi basilico^s
nis seīs vrtice se. citri añ. ʒ. j. ʒ. xv. folij cro-
ci. squātī. cassie lignee bdellij. mastice. irei. i.
ireos: amomi. leuistici seminis granifolis.
petroselinī semīs synoni. cardamomi aneti.
euforbij lapidis lincis. olei nardini ʒ musce^s
lini añ. ʒ. j. min^{us} gra. iij. mellis qd sufficit.

¶ Litōtripon. i. pterēs ʒ frangēs lapidē interpretat gi-
libertus de ang. in. c. de signis discretiois lapidis renū ʒ
vesice ponit hanc eandem descriptionem.

¶ Nardi. i. spice nardi. aui. in libello de viribus. cordis
enumerans simplicia cordialia pmittit se dicturū de ci-
pero ʒ mace. in ca. de spice nardi. ʒ tamē de ea ibi nullū
reperitur fecisse capitulū qd ex defectu translatoris ac-
cidisse suspicandum est.

¶ Paucedanū fm cōpositoꝝ est feniculus porcino ʒ
apud Sera. in p^{ro}to ca. est herbaturā. circa instās ait.
paucedanū herba est que alio noie funiculus porcino
dicitur. cū autē inueniū in receptis medicine radix poni dicitur:
q^{uod} plus habet efficacie radix collecta per duos annos
seruetur: sed melius est vt singulis annis renouetur.

¶ Melanopiper. i. piper nigrum. leucopiper. i. albū ma-
cropiper. i. longum. et hec tria inueniuntur aliquando in
receptis sub nomine triū piperū qd idē sunt ex homini-
bus qui non ponunt in isto antidoto nisi piper nigrum
et album: sed fm plures tria debent ingredi.

¶ Carpobalsami. i. seminis balsami. sunt ex hominib^{us}

qui dicunt qd debet dicere opobalsa. ʒ est succus ema-
nans ab arbore balsami. deus scit.

¶ Reuponticū est radix similia reubarbaro. ʒ dicitur s
reu qd est radix ʒ ponticū: q^{uod} inuenitur in insula ponti.
vel dicitur ponticū a sapore: circa instans inquit reupō-
ticum per decē annos potest seruari. est autē simile reu-
barbaro. ʒ eligendū est qd grauius est in suo genere et
amarū saporis: continuū. habens venulas sicut reubar-
barum distinctas. non tingit sicut id aliquantulum est
amarum: ʒ ponticum habet saporem.

¶ Basilicon. i. ozimū gariofilatum: vt dictum fuit. Bui-
cen. in libello de viribus cordis testatus est: quod ozimū
est basilicon.

¶ Tritidatū magnū. R. storac. cala. ʒ. j. ʒ. j.
gariof. nardi. i. spice nar. xilobalsami. i. ligni
bals. orobi lētici. lace. draga. mastice galba^s
ni. gūmi. iuniperi aspalti. castorei. officibde^s
lij. terre sigillate melliloti. landani. oppopo-
natis. armoniaci. opij sulfuris vini liquiritie
nitri. ipoquistidos. acacie rose. camedreos
iperico. abrotani peonie isopi origani. ele^s
nij. i. enulerami cedri. daphnidos. aristolo^s
gie longe ciperi. paucedani. rozis marini. ra-
dicū iringi balaustie cimarū mirti psidie se^s
minis romei. squile. carpobalsami. i. semi-
nis balsami. anisi git. iusquiami. cimini. feni-
culi. cardamomi. sileris montani. tesapij se^s
minis rute. simoni. i. petroselinī agrestis. se^s
minis miconis leuistici. apij. dauci. i. seīs pa-
stinace agrestis. seīs rape. macropiperz. i. lo^s
gi piperis. seīs vrtice amomi añ. ʒ. ij. acori il-
lapbeos. cassami catariace. zucorarie añ. ʒ.
ij. balsami cinamomi croci costi squinātī zin-
zi. malabatri. mirre terebētine. olibani. i. thu-
ris cassie lignee agarici spice celtice reupōti-
ci ireos diptami p^{ra}ssi. i. marubij albi colo-
qnti. sticados arabici arthemisie calamenti
scordeon. i. allei agrestis camepitbeos pipe-
ris albi: piperis nigri seīs petroselinī ozimū
anagodā folij aquatici carthami. i. seīs cro-
ci hortulani pētafilonis: añ. ʒ. j. baccarū lau-
ri. ʒ. ʒ. vini vetustissimi. ʒ. j. mellis. q. s.

¶ Metridatū autē, s^{ed} intentionē cōposito est mater oim
antidotoꝝ. Silibertus de angliā in ca. de dissenteria in-
testinali v^{el} epatica dicit metridatū. i. m^{ater} oim antidotoꝝ
v^{el} a metridato rege dictū sine dubio metridatū ē cōfectio
magna sicut tirica a metridato rege ponti inuētoꝝ: di-
cta. nā cū metridates res pōti in bospharo vire a pom-
peio acromania obsessus esset iam de seipso desperans
venenum vrozibus pellicibus ac filiis potandum dedit
qd cū ʒ ipse nouissimo sumpsisset beneficio medicaminū
quibus vitalia sua premuniuerat nequa p^{ro} mori pote-
rat: proinde tandē gallo cuidā militi qui iam muro de-
fossato intrauerat vire iugulū p^{ro}uit: sicq^{ue} finivit vitam.
Bui. xv. ca. h. habet vna alia descriptione q^{uod} dicit esse
descriptionē cōmunē. sed nō est eadē. verū est q^{uod} sunt ex
hominibus qui faciunt ipsum metridatū fm nicolaū:
et sunt ex hominibus qui faciunt ipm fm Bui. ʒ pro-
pter id ambas descriptiones annotabo.

¶ Orobis lenticī fm cōpositoꝝ est lacca: sed fm sapie-
tes ille textus est falsus. q^{uod} dicitur dicere orobi ʒ leuistici: et
sic credo esse verū. q^{uod} Siliber. ibidez dicit orobi leuistici:

et quo ptz qd p orobū intelligit herbū et p lentisci intel-
ligit leuistici: qd alio noie choisim appellatur: sic meo
tpe pordati fuerit docto. Papiēses esse tenendum.

¶ Gūmi iuniperi fm Dat. siluati. est vernix: vt apparet
in ca. de vernice: vbi sic ait ex autoutate Pauli: hñix est
gūmi cuiusdā arboris q̄ in christianoz partibus nasci-
tur: q̄ arbor iuniperus vocat ergo p gūmi iuniperi in-
telligit sandaraca. seu hñix. verū aliq̄ in ista descriptiōe
loco gūmi iuniperi ponit gūmi cedri. vt Sil. si aut gūmi
cedri ponere volueris infra in litera de ramis cedri di-
cam quid sit.

¶ Offici fm cōpositōre est gūmi hedere. Idē exponit Si-
li. ibidē: et hoc gūmi est satis notū vocatur ab aliquibus
opocifinanctios apud Dias. est hedera.

¶ Nitru apb Aui. ij. cañ. est baurach. armenū. Jo. Ser.
in suo hēuarario in ca. de egritudinibus que generantur
in aurib⁹ dixit: q̄ nitrum est baurach rubeū. Idem Se-
ra. in lib. de simplicib⁹ in. c. de baurach ait affronitrum
baurach. i. nitru et spuma nitri spēs baurach et minere
ipsius sunt sicut minere salis nā ex eo est ad modū aq̄
fluēdo: deinde petrificat et ex eo est qd est in minera sua
sicut lapis et ex eo est rubeū et ex eo est albū puluerulē-
tum et multoz color. et nitru hñix sit ex spēs baurach
hñz rñ opationes alias a baurach. et ibi Sera. de eo mul-
tū loquitur in hoc antidoto. sunt ex hoibus qui ponūt
p eo sal panis: sunt etiā qui ponūt sal nitru: quo vtunt
bombardarij et sunt qui ponunt sal rubeū vt eis placet.

¶ Rami cedri fm ppositōre sunt rami iuniperi: s; igno-
to. verū est q̄ vñū p alio pōt poni. rami aut fm Sil. in. c.
de arborib⁹ dicit q̄ sunt q̄ detrūco manāt sicut et ramu-
cul⁹ cetera s; cedr⁹ non est iuniperus verū est ei⁹ spēs.
Dia. de vtraq; cap. facit. et inq̄ cedrus est arbor vnde fit
piz cedria q̄ est parua atq; spinosa et sunt ei due species
vna earū q̄ gerit fructū sicut granuz mirti: et hec est ar-
bor: q̄ apud Aui. in. ij. cañ. vocat serbin. et ipe cōputat eā
arborē inter genera arboris pini. ei⁹ lignuz nominatur
lignum mortuozū: q̄ conseruat corpora mortua a pu-
trefactione: et custodit corpora mortuozū et destruit qd
est in eis de humiditate. postq̄ dixi de arborē ipsi⁹. nūc
uolo narrare de gummi ipsius q̄ inuenit aliq̄ in isto
antidoto loco gummi iuniperi scribi gūmi cedri. sicut
supra pmissi. dico ergo q̄ gummi cedri est quā Aui. in
ij. cañ. vocat chitrā. et dixit q̄ est arbor q̄ nominat al-
sacerbi et virtus sumi eius est sicut virtus sumi picis et fit
ex eo oleum cuius separatio est cū luna: sicut separatur
ex pice. idem in cap. de pice de ipsa loquitur idē in cap. de
serbin ait. Serbin est arbor alchitrā. nos quidem iā lo-
cuti sumus de alchitrā. Serap. in cap. de chitrā dixit est
oleum qd egreditur ex serbin. et serbin sunt due species
de q̄bus idē narrat qd narrat etiā Dia. de cedro melius
ait alchitrā est illud qd spissum clarū et hñz fortē odo-
rem cum horribilitate et qd intingitur digitus in eo non
cito hñit ex digito propter suam spissitudinem: et quādo
stilla eius. cadit in loco remanet. collecta: et nō expan-
ditur. hec a multis dicitur piz liquida et ab aliquibus
vocatur picula. et ab alijs gummi cedri quod idem est.

¶ Daphnidis fm ppositōrem est laurus. s. folia ipsius
arboris: q̄ nō semē vt qdā crediderūt: q̄ infra iterū ha-
bet baecaruz lauri que sunt fructus eius arboris. Gal.
in. vj. simpl. inquit. gra. j. laurus folia hui⁹ arboris et fra-
ctus ei⁹ sunt baecce lauri. i. est alia spēs lauri noiata no-
mine lauri et est planta parua que nominatur laurus
alexandrina.

¶ Iringus fm Dia. est nux agresis et est herba spino-
sa: cuius folia in initio cōceduntur et in sale componun-
tur: hec apud Serapionem est spēs cuiusdā herbe vo-
cate centū capita silba: que apud in pratis et in locis sabulo-
sis nō est aut seculi: vt qdā crediderūt. Auic. in. v. col.
dixit eliga zaria. qd hispani vocāt paniculach. et in ara-
bico alcharrama: et alij secaul. et in latino iringi dicunt
Bartho. monthagna. in suis consilijs in consilio de steri-
litate dixit q̄ iringus est secaul: quod est falsum. quia
Serap. de vtraq; separatim facit. capi. et hoc. satis est

notum qd apud sapientes iringus non est secaul.

¶ Psidie. i. cortex mali granati fm cōpositōre. si autem
reperitur psidie intelligitur storax liquida.

¶ Romei fm eundem est semen rasant. Idem Silber-
tus dixit romci. Craffani: et sic meo tempore vidi semen
rasant ponere.

¶ Sit. i. melancium. Aui. in sua descriptione hñz mela-
chion: et est peptum qd falsum est. nā infra in eadē cōfe-
ctione hñz opū: qd nō est cōsonū: de quo infra. gir autē
fm circa instans herba est que inter frumentū nascitur
et semen hñz nigrū triangulatū: cum in medicina reperit-
tur semen nō herba debet poni. aliquātulum hñz amari-
tudinem per hec verba videt hic auctor. denotare illud
qd inuenitur in bladis. et comeditur cū frumēto sed nō
recte. q̄ illud in medicina nullam aut paucā hñz effica-
ciam: sed git quod debemus intelligere est semen nigrū
simile semini porri cū odore iocundo et nigella nigra. cu-
ius capitulū inuenies apud Dia. sub noie melanciam.
Itē pli. git. est grecus melancū alij melanspermon vo-
cant. ille qui de nouo scripsit intitulatus lumen male lu-
cens dicit nascos. i. lappa. qd falsum est. nā infra habet
illaphcos: quod est bardana.

¶ Cardamus fm Gal. in. vi. simplicium nascitur. idē dicit
Silbertus in eodē loco fm vero illud lumen: qd vos
co male lucens est cardamum qd falsum est: aliud est
est cardamos et aliud est cardamomuz. sicut est notum
sapientibus. tesapil secundū cōpositōrem, est semen sina-
pis vsualis et non semen sinapis albe vt dicit lumē ma-
le lucens.

¶ Micon fm cōpositōrem est semen papaueris albi fm
lumen male lucens est semen papaueris nigri quod fal-
sum est nam micon est papauer et quando inuenit pap-
pauer. simpliciter de papauere albo intelligitur.

¶ Leuisticum apud Aui. in. ij. cañ. vocat chasim et fm
quosdā est quā Dias. ligusticū vocat supra in isto anti-
do. dicitur fuit q̄ inueniunt multe descriptiones in q̄bus
nō ingreditur leuisticū: sed in loco vbi dixit orobi lentis-
ci dicit dicit orobi et leuistici: quod melius est.

¶ Illaphcos. i. bardana: siue lapago maior seu psona-
ria quod idem est.

¶ Cassia fm cōpositōrem est panis porcinus. Silber-
tus dicit ciclamitis. i. cassia. et sic est. nā cassia panis
porcinus: et ciclamē idē sunt. hec a Mesue vocatur
Artanita. et ab aliquibus vocatur malū terre: et ab alijs
buthoz mariē apud romanos dicit tuber terre. eius ras-
dit vsui medicine competit.

¶ Catharice est rasura cornu cerui fm ppositōre. Sil-
bertus dicit catharice vel carnarti. i. cornu cer. zucosarie hñz
prefatos auctores est flos agni casti. circa instans ait.
agnus castus fruter est siue arbor: cuius folia cōpetunt
vsui medicine et ei⁹ flos: nō aut radices: flos aut appel-
lat agnus cast⁹ a vulgarib⁹ aut q̄busdā salices marine
vocant. herba et iā vocat agnus castus et vbi cūq; in re-
ceptis simpliciter agnū castum inuenies: intelligas flos-
reo: agnus castus in omnib⁹ pte reperitur in aquosis
locis. flores in vere: et in autumno colligunt. per annū et
non plus in multa effica- cia seruatur. viridus agnus ca-
stus matous effica- cie est q̄ exicatus.

¶ Balsamus est liquor emanans ab arborē balsami fm
Aui. in. ij. cañ. balsam⁹ est arbor q̄ nascit in egypto. i. loco
vbi dicit oculus solis fm autē Dias. nascit solummodo
in iudea in currib⁹. vel in locis humidis: et sunt ex homi-
nibus q̄ sophisticiat ipm s; potest pbari multis exemplis.
primo ex eo q̄ videm⁹ adherere labijs vulnerum ei⁹ lē-
gni a quo emanant balsam⁹ etiā in aqua dissoluitur: et
propterea dicunt auctores q̄ facie de panno eo infecto
lauatur. Dias. aut dicit l a qua infectum: pmo petit fun-
dum postmodū dissoluit: et totā aquā albā facit et pro-
pterea vocat ipm lachyrmū. et grece vt opobalsamū. nā
opos est lachyrm⁹ velut lac. et similiter opofici⁹ vocatur
lac sicut nec ab ipso. sed q̄ i pth⁹ nris verū balsamū nō
inuenit cōposuerūt auctores quedā solea q̄ possunt ad-
ministrari in oib⁹ locis vbi cūq; ingreditur balsam⁹: de
quibus infra in tractatu de oleis dicitur.

¶ Malabatrū. i. solū indū: et nō sunt folia garoflorū.

ut quidā credūt. Sal. aut in. vij. simpliciu inquit. malabatrū foliū. i. foliū indianū: spice simile est fm virtutem. Dia. aut de ipso duo capitula facit: vni qd incipit foliū vel folia sunt herbe q̄ in India nascunt locis humidis & paludosis. colligunt aut hec folia: in aqua supnatantia. est aut optimū foliū qd est leue: & albidū viscidum. & suauiter olēs in modū spicē: gustū nardi referēs: & aliud capitulū facit de malabatro: & ibi dicit malabatrū: puta uerunt multi esse nardi indicī foliū: sed fallunt q̄c. circa instās ait. malabatrū. i. foliū paradisi vel foliū albū multū est carū. sed illo carem. cur? loco ponim? folia gariofoli: vel spicā nardi. Aut. in. q. cas. in. ca. de folio in fine dicit: loco ei? ponit pond? de mace: aut etiā de spica: et sic hodiernū loco folij indi ponit spicā nardi aut macē. Anagodā fm cōpositoē est sumach. idem exponit Silbertus ibidē. sumach aut apud aliquos rossiatic? vocatur. foliū aquaticū apud auctores nō reperio ca. sub illo noie. verū secundum quosdā folium aquaticū & folium agreste: & si sic est Dia. de ipso facit ca. sub noie folij agris cui? duo sunt genera masculus & femina q̄ in saxosis nascit locis sicut bryon. i. herba epaticayel illa herba nascēs: super lapidea: sed viridiora folia hz sicut oliue & virgam teneram & breuē & radicem tenuē & florē albū & minutum sicut miconij. i. papauer. & ego vidi in pibus nostris foliū aquaticum natans super aquam cuius folia sunt maiora folijs oliue quod est notum.

zl'nsa enea. **R.** piperis albi gr. xvij. thuris masculi: mirre. gentiane iusquiami. añ. 3. vj. opij. 3. iiij. croci. 5. iiij. min? gra. vj. euforbij. aristo. longe 2 rotunde. mandragore. ana. 3. f. 2. 3. mellis quod sufficit.

¶ Mula enea aut dicitur a peritissimo philosopho mufa inuenta: pprie datur quartanarīs ante horā accessionis in modū a uellane cō vino caldo. Silbert? de anglia in ca. de cura arthetice fm magistros hz hanc descriptionē: hoc antidotum. apud nos est in vīu maxime fm istam descriptionē: q̄ Nicolaus habet vnam aliaz descriptionem que vocatur mula magna q̄ in vīu non est: reperitur etiam quidam fructus vocat? mufa. & iste est fructus in quo peccauit primus parens.

zl'icleata. **R.** mirabo. citrinorum indorum cheb. mūdatorū: & affatorū añ. 3. ij. 5. belerico rū. emblicorū affatorū añ. 3. ij. 5. cimini. anisi maratri. i. feniculi ameos carui añ. 3. j. 5. nasturtij. 3. ij. 2. 5. infusa in aceto die & nocte dimittantur: & affata puluerizentur. tunc adde spodij balaustie masticis. sumach. gūmi arabici añ. 3. j. 2. gra. xv. fricentur omnia cū oleo rosato: & temperentur cum succo mirtino.

¶ Icleata aut ē: ex petra. pprie valet ad emorroidas & ad vētris tortionē. & alia multa. Silbert? de anglia in ca. de diaria habet vnam aliam descriptionē que similia est huic. item Aut. in. v. capi. habet vnam aliam: sed non est similia. nec in vsum venit.

¶ Mirabolani indi. i. nigri. qui sine ossibus inueniuntur chebuli ac alie species sunt note. & modū affationis docet liber qui dicit bulchasin in libro secundo de preparatione medicinarū: qui mod? iste est oportet q̄ imbibas mirabolanos indos vel chebulos vel citrinos vel belericos. vel eblicos. in aq̄ citoniorū. i. i succo citoniorū aut granatorū acetosorum aut in succo vve acerbe deinde sicca eos bene & madesca in oleo rosato vel in oleo de lentisco aut oleo masticino vel butiro vel oleo oliue: deinde assa super patellam ferream. vel testā calcfactam primō: & caue ne adurantur ita vīdestruatur virtus eorū.

Rosata nouella. **R.** rosarum succari liqritie añ. 3. j. 5. j. 2. ij. 5. cinamomi. 3. ij. 2. 3. ij. gr.

ij. gariofilo rā nardi. i. spicē nardi zinzī. galange nucis muscate zedoarie storacis calamite cardamomi apij ana. 3. j. et gra. ix. al. vij. mellis quod sufficit.

¶ Rosata aut fm cōpositoē ē: a rosis & nouella respectu veteris q̄ recipiebat tabari. sulphurvinū: n̄ miror q̄ in ea sulfur vinum non ingreditur. Suli. pla. in suo antidotario habet hanc eadem descriptionem.

¶ Apium herba est satis nota. secundum circa instā q̄ simpliciter ponit in receptis. sc̄mē d3 ponit. Cloumella in suo lib. de cultu hortorū inquit. nūc apio vtridī crispetur flouda tellus nunc capitis porulongo resoluta capillo.

Rubea trociscata. **R.** liquiritie cinamomi papaueris albi. añ. 3. ij. 2. 3. ij. 2. gra. v. croci. rose iusquiami seminis apij añ. 3. ij. 2. gra. xv. nardi violarum añ. 3. j. gra. vj. 5. gariofilo storacis opij thebaici. i. illi? prouincie añ. 5. 5. trocif. croci: magnetis & trocisci ydiocri mirre. anisi añ. gra. xv. mellis qd sufficit.

¶ Rubea aut dicitur ipso colore trociscata. q̄ in ea trocisci ingreditur. Silbertus de anglia in cap. de cura arthetice fm magistros habet hanc descriptionem. idē habet Suli. placen. in suo antidotario.

¶ Viola apud Dia. vocatur nō. & est flos herbe q̄ satis est nota. columella in libro de cultu hortorum inquit. ponatur viola & nimium rosa plena pudoris.

Triaca magna Sal. **R.** troz. squilliti. 3. ij. 2. 3. ij. piperis longi. 3. ij. tro. tiri. troc. diacorralli añ. 3. j. 2. 3. j. xlobalsami. i. ligni balsami. 3. ij. 2. gr. vj. opij: iris. i. ireos: agarici rose scordeon. i. alei agrestis seminis rape siluestris cinamomi opobalsami añ. 3. j. gr. xiiij. reubarbari croci spicē costi squinanti zinzī. cassie lignee storacis calamite mirre terebentine thuris masculi calamenti diptami. sticados polij. radicum pentafilion petroselinij piperis albi apij ana. 3. j. 2. gra. vj. folij. i. malabatri gummi af. acori calcati vsti serapini terre sigillate ipogstidos celtice. i. spici romane camedreos gētiane men carpobalsami. i. fruct? balsami amomi apij: maratri. i. semis feniculi carui siluestris siseleos idest sileris montani nasturtij se. anisi. ipericon. i. herbe sancti Joā. ana. 3. j. mumie. castorei oppoponacis asphalti: galbani cētauree: minoris aristologie lōge et rotūde. dauci siluatici ana. 3. j. mellis quod sufficit: que terenda sunt tere: & gummas in vīno liquefactas cum puluere melle commisce sufficienti vel cum speciebus teras. da in modum auelane.

¶ Triaca autem magna Sal. secundum intentionem Nicolai dicitur triaca esse domina medicinarum que composita sunt a Sal. & sic est q̄ Sal. composuit vnam descriptionē sicut apparet apud ipsum in tractatu suo tris calium: sed nō videtur esse eadē cū ista: sed sit quocunq; ab hodiernis practicantibus magis est laudata

descriptio andromaci quā Aul. in. v. cañ. ex auctoritate andromaci scripsit: q̄ hec Sal. andro. fuit primus inuētor tiri: ac aliarū rex q̄ inuauit sunt sup̄ ola venena nā sicut narrat Aul. in. v. cañ. in p̄fectōe meridati: dicit q̄ meridates erat rex p̄ōti et noia uit eā suo noie et p̄posuit ip̄am. et J. ait. fuit ergo triaca in magna multitudine in uamēti. deinde postq̄ accidit andro. illud q̄ expertus fuit ipsum super inuamentū carniū serpentū et aliorū: addidit in eo trociscos de viperis: et alteratum est parū per additionem et diminutionem et c.

¶ Si autē querat quare dicitur triaca. dico q̄ triaca maxie illa q̄ sit fm̄ istā descriptionē dicitur a tiro serpēte. Dico autē q̄ triaca p̄ōt p̄io mō dici quasi tiri caro qm̄ in ip̄a ponit caro tiri. i. serpētis feminine talit̄ notat: q̄ etiā viperā et cebidua ab auctorib⁹ nūcupat: p̄pter quā p̄cipue carnē triaca ponit valere et venena p̄sertim aialūvne nofo. i. sc̄do mō p̄ōt dici triaca a tiros grece latine fortis. est nōq̄ fortis et validissima medicina. p̄sertim et venena. Malab. aut. x. practice ca. de triace vtilitatibus et p̄batiōe ei⁹ in attrahēdo ait. trahit est tiriaca ad. se venena. alie aut tiriace in quib⁹ nō ingredi: caro tiri dicitur esse medicina que v̄t venenū: vt lapis bezaar q̄ est medicina liberatiua a veneno. Aul. aut in. li. cañ. c. iij. de opatiōib⁹ medicinarū singulariū inq̄t. Albezaar aut et tiriaca sunt oēs medicine quarū p̄prietatē est vt p̄seruet sanitatē et d̄rutē in sp̄u: vt ex eis expellat nocuētū venenū a se: et quali nomē tiriace artificialib⁹ digni⁹ cōuenit: et nomē albezaar singulariū cadēb⁹ s̄z naturā digni⁹: et vt q̄ vegetabilia et mineralia ex artificialibus digni⁹ nomē tiriace sumāt: mineralia nomē albezaar: et vt q̄ nō sit iter eā magna d̄tia. postq̄ dixi de bezaard ex auctoritate Aul. idē volo dicere ex auctoritate Sic. flo. vt ait in li. iij. in. c. de medicinis bezaaralib⁹ a venenis liberatib⁹ in ḡhali: quasi in sine. c. inq̄t. c. q̄ iste et alie qm̄ bezaar siue tiriaca triplē p̄t. sumi: vt inuēit Sera. in simplicib⁹. c. de lapide bezaar. vno mō largissime pro medicina principālī vel sc̄bario faciēte ad liberationē a venenis. alio mō large. p̄ medicinis bezaaralibus sup̄radictis: et tertio mō stricte. verbi gratia tiriaca. p̄ tiriaca ip̄a q̄ est vna cōfectio dicta tiriaca magna vel liberā: et dicitur tiriaca Sal. et est illa in qua ingredi caro tiri. et nō p̄pterea v̄tmulti credūt vocata est tiriaca. imo p̄pter siue virtutis tiriace h̄c excellētis nomen ḡnis fortis est et suo noie meruit appellari et est de qua intelligit cū absolute p̄fert et s̄līr bezaar stricte sumptū dicit de quodā lapide q̄ p̄ excellētis siue bezaaralis virtutis noie ḡnis cōsistit m̄līr est vocat⁹. de quo lapide h̄c asserunt q̄ de ipso scripserūt sapientes dixit Sera. bezaar est nomē p̄licū et eius expositio est et venenū vel expellēs venenū et c. de lapide bezaar multū loquit⁹: sed nō notificat in quo loco ḡhali iste lapis: sed infra in alia descriptiōe tiriace ostendā si deus voluerit. Si etiā querat quō faciēbāt antiqui medici medicari illis q̄ a moribus venenatis fuerunt contamiati anteq̄ habuissent noticiā tiriace: declarat Pet. de ebano seu cōsultator in tra. c. suo de venenis qui sic inquit: septē sunt herbe habētes proprietatē liberādi a cibus venenosis et potib⁹: et cōferentib⁹ morib⁹ et vulneribus venenatis: quarum prima est ipericon dicta herba sancti Iosn. q̄ alio noie dicitur p̄forata: quā achilles ora cuculo apollinis in exercitu troianorū dicit inuenisse. sc̄da est vincetoliscū. tertia est enula: quarta rassa. quinta diptamīns. sexta aristologia longa et rotunda. septima lactucella. quarū vnaqueq̄ dicitur equipollere tiriace. ita vt vulneribus venenosis succus alicui⁹ predictarū dat⁹ in potu vulnera veneno infecta purget et saluet. et per istū modū oēs antiqui talia curabant vulnera anteq̄ tiriace habuerunt noticiā. Item quelibet predictarum curat mortuos venenosos loco tiriace superposita.

¶ Trociscus squilliticus. i. de squilla. idē h̄z Aul. squilla aut vocat⁹ cepe muris: eo q̄ mures interficit: et vero descriptio infra apparebit. trociscus tiri. i. de tiro serpente. Aul. h̄z trociscos viperarū. q̄ idē est: de quo infra. tirus aut est serpens dicitur a multis scurioni. Sera. in. c. de lapide smaragdī ait auctoritate Rasii et dixit in li. de proprietatibus. si cadat aspectus tiri super lapidē smar-

ragdī dissoluuntur oculi tiri: et liquefūt. Trocisc⁹ dicitur corali. de coralo. Aul. loco corā h̄z trociscos Alindaa caron qui sunt trocisci andromaci de quo infra.

¶ Rapa siluestris fm̄ Sic. est rapistrā vel napus siluestris. Aul. loco eius h̄z feminis napi siluestris rotundi. q̄ apud multos idē est. et sic est q̄ rapa siluestris sit napus siluestris: ergo est rapistrā q̄ a romanis aromarachia vocatur: in q̄ non est aliq̄ auctoritate Scra. q̄ sic describā formā rape siluestris ex auctoritate Scra. q̄ sic inquit de mēte Dia. rapa gressis est plāta habēs multos ramulos quorū longitudo est vni⁹ bra chū. nascitur in locis siccis: et h̄z summitates leues et folia mollia q̄rum latitudo est vni⁹ pollicis aut amplius parū. et h̄z semē in vaginis et est semen nigri parū q̄ cū frangit est album interius. et hec a multis rapilla vocatur.

¶ Cerebena est rasina. seu la chyrma terbinti arboris que a vulgo largatū solet vocari. Aul. loco eius h̄z gūmi albori quod idē est.

¶ Diptamū fm̄ Petrum de cretencia dicitur alio nomine frasinella: q̄ frondes habet ad modum frassini. Ser. de ipso loquitur in. c. de origano. Aul. loco eius h̄z pulegium indum: quod idē est.

¶ Acorus fm̄ Dia. est herba venencia. vel aphyrodilla vt p̄pter apum: q̄ satis est notū. Serap. in ca. de acoro inquit. h̄z ad est acorus: et nominatur spatula. Item in fra ait. succus radicis eius abstergit obsecratis visus: et praxid quidem acori ingreditur in confectionibus tiriacarum et aliorum antidotorum.

¶ Deu apud aui. in. li. cañ. vocatur mur: idē q̄ de ipsa planta administrat in medicina est radix. ille qui de nouo scripsit quē in pluribus locis vocat lumē male lucens: in eadem cōfectione loco meū h̄z sistrā. i. valerianam: q̄ falsum est: q̄ si nicolaus vult quod ponam meū. quare illud lumen male lucens. vult ponere valerianam: que idē non est.

Electuarū lenitiuū. R. passularū. ʒ. ij. capillorū veneris viola. ordei añ. ʒ. iij. iunibarrū sebesten: añ. número. xx. liquiritie. ʒ. ʒ. prunorū tamarind. añ. ʒ. vj. folliculorū sene polipodij añ. ʒ. ij. misce 7 fiat decoctio ad cōsumptio. tertie partis: deinde addat mercurialis. ʒ. ʒ. bulliāt bullitiōe vna 7 coles 7 dissoluat pulpe cassie tamarind. prunorū zuccari sūi succari violati añ. ʒ. vj. coquēdo lento igne semp mouēdo cū spatula in fine adde p quibet libra electuarū. ʒ. ʒ. iij. folliculorū sene: 7 fiat electuarium sūm artem.

¶ *Stud electuarū* apud autores nō inueni: nec apud nostros doctores est in vsu: sed vtātur ipso in partibus venenarum: 7 vtātur ipso in illis partibus sicut nos vt mur diaprum non solutiū.

¶ *Mercurialis* est herba q in nostris partib⁹ in ciuitatibus inuenitur iuxta mare. 7 dicitur vulgo mercore: la: hęc apud dia. vocatur linozotis. 7 sic eam vocat gal. in. vj. simplicū. pī. ait linozotis sūe pīni⁹ a Mercurio inuentus est: ideo apud grecos erisporona dicitur: nam multi vocant mercuriale.

Electuarū de farsara. R. radicū farsare li. ʒ. lauēt bene in aqua: 7 decoquant optime:

deinde pistent cū. ʒ. iij. passularū: 7. ʒ. iij. pīnearū in mortario lapideo: post hoc. R. zaccari albi li. ij. 7 dissoluat in p̄dicta decoctiōne farsare: 7 coquant ad formā electuarū: deinde addātur pulueres infra scripti. R. dragaganti albi. ʒ. ij. cinamomi: macis croci añ. ʒ. j. succi liquiritie. ʒ. j. nunciis muscate. ʒ. j. misce et fiat electuarium.

¶ *Stud electuarium* apud medicos sapiētes non est multū in vsu: sed apud medicos Mediolan. magis est. ¶ *Farsara* vero a modernis dicitur vngula caballina: quidam mali herbatici crediderunt q: hęc in vineis inueniatur sed falsū: nam apud nos ei⁹ species sunt duę quarum vna habet florem album: 7 hęc dicitur nenufa: 7 est illud quod magis vsū medicine competit altera habet florem rubrum. 7 est apta in medicina sed non tantū. et vtraqz in aquis inuenitur apud sapiētes note sunt: apud Ruicē. in. ij. cano. vocatur nenufa. 7 dicit q: Sale. vocat ipsum caulem: et aque nominat granum eius granū sponi. hęc apud Diasco. vocatur nympha siue vt alij escabus veneris: 7 est papa uer palustre. siue vt latini alga palustris. Antonius musceni⁹ nomen herbe nymphę a grecis dicitur prothea alij escabos. alij litrometra. alij androcinos. alij idrogthos. alij heracleos. alij arnēnon. itali nymphem vocant.

Electuarū cōtra pestē sūm dñm bñdictuz de nūria physicū illustrē. R. boliarme. diptami albi: mirre pipinelle: zedoarie añ. ʒ. j. tyriace. s. tyriace andromachi distēperate cū aqua vite optimi vini: 7 distillate in balneo marie. ʒ. ʒ. croci. ʒ. j. caphore margaritarū nō perforatarū smaragdi añ. ʒ. ij. tormētūle sigilli marini añ. ʒ. ij. si. citri. ʒ. ʒ. oia puluerizentur 7 incorporent cū sirupo de aceto sitate citri: 7 ex eis fiat electuarū de quo def ʒ. ʒ. cum aqua mellise ieiuno stomacho: certe tollit fetorem pestilētie. 7 extinguit omne venenum in corde 7 toto corpore.

¶ *Stud electuarium* in tempore pestilētia valde mirabiliter ad ea que dixi: us: 7 est optimū in illo casu.

¶ *Diptamū albu* credo q sit v̄uale: nā illud diptamū quo v̄timur hodie est album secundum Dias. diptamū multa dicunt pulegium agreste. et describit tres vel quatuor species: quarum prima species dicitur q nec florē nec semē hz: 7 illud diptamū quov̄timur hodie hz florē purpureum ac semen nigrum quod apud omnes est v̄tum. Serap. de ipso loquitur in cap. de origano. Simonias in. c. de aldarham inquit: q Serap. in cap. de calamento de diptamo loquitur quod non est verum diptamum apud Ruicē. in. ij. vocatur mecatramefit. Aqua vite est aqua distillata facta ex vino optimo et quantum vinum est bonum tāto melior erit aqua: et eius modus est notus. Raynaldus de villa noua in lib. primo in ca. de passionibus aurium: 7 primo de sorditate tinitu 7 sonitu inquit: dixit mihi quidam predicator in v̄be q: inposuit de aqua q ē vite quā ponit Aristote. in li. xij. de aqua 7 vere. sed si hoc sit verum non vidi.

¶ *Hic huius distinctionis calcem attingimus annūte altissimo: p̄sentissimaqz eius genitrice que cuiuslibet gñis p̄fectiōes ac electuarū. vez solutiua 7 nō solutiua vulcia amara opiata et non opiata rationabiliter complectitur: quamuis diuus Mesue in tres distinctiona secuerit. Intium vero nunc dabimus sequenti sectioni que est de conditiis: si opifex ille rerum conditorqz v̄nuerit. cunctorumqz initium mentem nostram suo lumē*

ne illustraverit: ut tandem esia in illi^o decus atq; lau-
dem sicut par est sint euasura: accedamus iam igitur
ad propositum negotium.

¶ De decem generibus conditorum fm Mesue taz
vialium q; non.



Secacul conditum. **R.** radices
eius albas grossas & teneras: et
radaf cortex eius cineritius & eli-
cens & mundetur a venis interio-
ribus & incidatur in frusta sicut est mensura
pollicis: & ponat in eius vacuitatibus arun-
dinosus frustum zinziberis humectati sicut
dicemus in ca. de zinzibere condito & gariofi-
lus vnus humectatus: & accipiat ad omne pō-
dus eoz mellis pōdera. ij. & alij ponūt mel-
lis pōdera. ij. & zuccari pōd^o. & post q; fuerit
coctū cū facilitate pyciat sup illud specierū
elefanginarum partes convenientes & fiat.

¶ Secacul sicut dicitur fuit est sigillū serē marie. Mart.
autē silua. nō cognouit eū. q; ipse in littera s. inqt sigil-
lum sancte marie. i. secacul. Itē ait. secacul. i. zingus:
idem sentit in capi. de asharaticon: sed si legis capitu. de
asharaticon apud ipsū et capitulum de asharaticon
apud Scrap. videbis quod zingus non est secacul
nec species eius. si quis recte consideret capitulum
de grano culcul apud Mattheum siluaticum depre-
hendere poterit. ea que dicit de grano culcul conueni-
re cum capitu. de secacul apud Scrap. & q; idem sunt
licet ipse nō videat cognouisse. est eū granū culcul frus-
tus ipsius secacul: & propter verba Matthei. silua. sunt
quidā apothecarij q; falso opinant zingū esse secacul:
quod nō est. q; Scrap. reponit zingū inter medicinas
frigidās secacul vō inter calidas. Itē vide apd Mesue
dum de monte imperiali: qui de formis vtriusq; scripsit
& ibi cōprehēdit zingū esse specie spine: sed secacul est
radix quā moderni zenogello vulgo dicūt. & Aui. in li.
cano. in cap. de cōditis habet etiā de modo cōdiendi. et
dicit q; secacul est vena sicut zinziber & asfertur ex in-
dia. hodie in nostris partibus reperitur in multa quāti-
tate & est multum in vsu apud nos.

¶ Conditū autem. i. preparatū & sunt multiplicata: na
quedam sunt ex radicibus: quedam ex floribus que-
dam ex fructibus: nā ex radicibus sunt sicut zinziber. se-
cacul: zingus & similia de floribus sunt sicut viole rose
de fructibus sicut pira citrona emblic chebuli & silia.
Matthei. silua. in. c. de rapa inquit ex auctoritate. Sal. ra-
pa multo miterat & hūc hōleo preparat vsq; ad hoc
q; cōponit eū cū garro. Iam nūc q; vulgariter nūcupa-
tur salmuria & aceto vt habeat pro vsu per retū annū:
credo q; hoc sit illud q; cōmuniter comedūt in quadra-
gesima. Itē dicit cōditū vocatū quod non sit limplex
sed cōmixtione pignētōū cōpositū. pl. in. c. de vniū si-
cticis: sunt inquit alia vna & nūc ex pipere & melle. et
alij species de quibus supra dixi: que inquit alij cō-
dita: alij piperata vocant. Mesue inquit q; super seca-
cul proficiantur species elefangine. i. de aromantibus: &
sunt ille species que ingredientur in mīua citonōū id
est conditum de citonōū sicut infra apparebit.

Zinziber conditum. R. zinziberis recentis
si haberi potest vel satem humectati per ar-
tem partē vnā: mellis partes tres: & zuccari
partem vnā coquatur sicut secacul: & qui-
dā accipiūt sicut secacul & zinziberis hūme-
ctati an. partē. s. & sit delicat^o: & quidā super
cōditū cū speciebus elefangis: & quidā faciūt

aliter. mod^o aut humectatiōis ei^o est vt ifun-
daf in aqua: deinde sepeliat in arena: et fit
zinziber albam & mundū & recens humecta-
tur zinziber: vt docet ipse de chebulis.

¶ Zinziber siue zengibel fm Diasco. arbor est nasens
in arabia plurimum cuius coma frequenter vtuntur
incole sicut nos ritha in bibendo & manducando. sunt
vero ei radices minute sicut in cipert subalbido colore
habentes sicut per gustū eligēde sunt non perforate sed
grauas has multi comedūt vel condūt. i. ne putrescant
& mittunt in vas cui addunt mel coctū & sic reponunt.
Sal. inquit radix hui^o plāte deferretur ad nos ab india.
et est id in quo est inuamētū. pap. ait zinziber q; & arte-
missa genera hz tria menoglosa fāgētes & leptophilos:
miro: ob talia verba: infra vero dicit zinziber gen^o pig-
mentū q; in india nascit. lingua corū ita dicit.

¶ Conditū. i. preparatū: vt dicitur est. Aui. in. v. ca. h. etiā
docet modū cōdiēdi zinziber & dicit q; zinziber est ve-
na de ventre terre: sicut vena tinctorū: sic. i. sine sui an-
tidotari etiā docet modū cōdiēdi zinziber & inquit. R.
zingorū qui hnt folia ad modū cretani marini: q; sara-
ceni secacul vocāt. verba hec ifertū mihi admirationē:
q; zingus nō est secacul nec folia hz sicut cretan^o ma-
rinus sicut piz p Sera. ca. de zingū. & p cretanū mari-
nū apud Dia. que ipse vocat crithimō: nā hic declarare
velo q; cretanus marinus est qdā herba q; in tpe anti-
quo nascebatur in maritimis locis. sed hodie delata est
ad nos & nascit in nostris partibus: & est illa que nostro
idiomate barigia vulgariter vocatur mirabiliter valet
doloribus renū ac lapidis: exiū imār dā q; hec apud
Aui. in. h. ca. h. vocatur alblage. Mesue dicit q; zinziber
cōditur cū melle & zuccaro. Aui. vero dicit apud nos
asfertur conditū cū melle aut cū aqua rī. i. S. ca. in pro-
prio ca. de zinzibere inquit sunt quidā cōdientes zinz-
iber cū melle: quidā cū rob. i. sapa modernū vero gualiter
cōditū solū cū zuccaro & est nobilior mod^o deferretur de
dymasco ad nos. & quanto albino tanto melius.

**Baucie cōdite valent sicut secacul: et ei^o mo-
dus est sicut secacul. i. sigilli sancte marie.**

¶ Baucie. i. pastinace: cōditū apud arabes nominatur
algingibel. Aui. in. v. ca. h. docet modū cōdiēdi & dicit su-
mani de vuriis clari coloris munde pastinacā autē fm
Isido. in. ca. de cleribus dicit sic vocatā: q; radix eius p-
cipu^o past^o sit hois. vñ ma cer lic ait. q; pastū tribuat est
pastinaca vocata. est eū odoratu iocūda: cibo delecta-
bilis: reperitur alia spēs q; dicitur silustries: q; vocat Bauc^o
apud Aui. in. h. cano. quidā crediderūt q; baucia esset
chariota. quod non credo. na Sal. li. d. de alimentis fa-
cit vnū. c. de pastinaca & dauco & chariota: q; nō face-
ret h essent idem. sed sit quomodo cūq; hic volo dekla-
ra: & q; chariota est species pastinace cuius radix est ei-
tina bona ad manducandum & est illa quā lombardi
vulgariter gniffo vocāt. pl. ait alterū gen^o est staphiti-
nos quā pastinacā creticam vocant.

**Acorius conditus valet egritudinibus ce-
rebrī & neruorum: & eius modus est sicut se-
cacul conditi. Adduntur tamē ad omnem
partē eius secacul boni partes due.**

¶ Acorus. i. piper apum vel affrodisia: vt dicit Diasco.
conditū. i. preparatū hoc apud nos est multum in vsu
reperitur etiā vna cōfectio conditi ad egritudines ner-
uorū frigidās mirabilis quā ipse describit i sūma quar-
ta de egritudinibus neruorū & est cōfectio diacori que
etiā in vsu est: vt dictum fuit.

Zuccarū rosatū. R. foliorū rosarū albarū: aut
rubarū quātitatē quā volueris: & expādāt
sup tabula in ymbra vsq; dñ supflūū hūmi-
ditatis ipsarū resoluat. & sint rose habentes

medietatē inter cōplemētū z acerbitatē : et terātur in vase lapideo : deinde projiciatur super eā zuccarū taberzet. i. albū triplū. ponderis earū : z reponant i vase vitreato : z obturef os ei⁹ cū pargameno et apponat solī mētib⁹ trib⁹ oi die sepe agitando illud : deinde remoueat a sole z seruet : et quidā faciūt illud cū rosīs nō habētib⁹ aliqd de cōplemētō : z inuenitur magis stipticum : z sunt qui non terunt rosas sed incidunt cum forcib⁹ et fricāt manibus fricatione vltima rosas z zuccarum : deinde exponunt solī.

¶ Zuccarū rosatū siue conditū rosatū siue cōserua rosarū idē est Nicolaus in suo antidotario ait. rodo zachara. i. zuccarū rosatū : sed nō est sic licet dicit Mesue. Petrus de crescentijs in. c. de rosaria. i. rosa habet vnā altā descriptionē sed nō eadem. moderni vtro generaliter faciunt : vt docet hic Mesue.

¶ Zuccarum violatum ei⁹ mod⁹ est sicut zuccari rosacei : indigent tñ viole expāsiōe lōgiori z expositiōe prolixiori soli.

¶ Zuccarū violatum. i. conditum violatū siue cōserua violarum quod factū est notum.

¶ Zuccarum buglossatum ei⁹ modus est sicut zuccari rosacei.

¶ Zuccarū buglossatū siue diabuglossatū dicitur a floribus lingue bouis q̄ alio. noie buglossa vocat. Aui. in. ij. cañ. de lingua bouis ea. facit : sed vere credo q̄ illa qua vtrūq̄ moderni non sit illa de qua loquitur Aui. ipse autē Aui. ponit q̄ sit genus almaru. i. marmaco. vt dicit in ca. de marū. Mesue nō ponit modum cōficiendi zuccarū boraginatū quod sit ex florib⁹ boraginis que est species buglossatū siue diaboginātū facere volueris facies illo modo sicut buglossatū. Christopho. de honestis puauit : sed nō recte q̄ zuccarū alchilil sit zuccarum de floribus boraginis : q̄ non est appebit infra conditū de buglossa q̄ est cōserua vel diabuglossatum.

¶ Zuccarum alchilil stomachum cerebrum : et cor confortat. ventositates fugat : z eius operatio est sicut zuccari rosati.

¶ Zuccarū alchilil. i. zuccarū quod sit ex floribus roz. i. marini qui alio. noie corona montia vocatur. Christopho. de honestis dicit zuccarū alchilil. i. zuccarū factū ex floribus boraginis : sed nō est vera expositio : vt patet apud Watt. silu. in litera kinkil. vbi sic ait. chinchil. i. rosamarinus. illud vocabulū ponit i antidotario damasceni. i. Mesue septimo qui incipit zuccarum alchilil post sex qui incipit zuccarum buglossatū. z sic est quod alchilil vlt. a chilil. siue est rouif. arini : sed grana alchilil sūt gr. siluestria.

¶ Cōditum de citro. R. corticū citri. ʒ. vj. buglose. ʒ. j. j. marmaco. i. melisse. ʒ. j. gariofilorū aur. j. ligni aloes aur. ʒ. terātur z projiciātur super ea vini boni li. iiij. z dimittatur diebus. iij. deinde projiciant super ea zuccari taberzet : id est albi libras. ij. z aromatizetur cum gallie bone aur. ʒ. croci. ʒ. j. quarta massicis. ʒ. j. musci. ʒ. j. sexta.

¶ Cōditū. i. pparatū. Mesue i distinctiōe de cōditio ponit. citra cōdita z i distinctiōe de sirupie hz duas. descriptiones cōditi d citro : s; ille due descriptiones nō sūt i vsu ego s; scripsi : sed am descriptionē vt declarare quid sit marmaco : marmaco. s; in iurēsiōe Mesue est melissa

z sic credo esse bene expositū. q̄ Sera. in ca. de melissa inquit benerangie. i. turgen. z dicit marmaco. i. melissa. Aui. in. ij. cañ. in ca. de maru de marmaco loquit. z ibi distinguit in plures spēs : z ponit linguā bouis. i. buglossam inter species eorū. Stephanus in deuo affirmabat q̄ est marubiū q̄ ignoro : vep. sapientes dixerūt q̄ marmaco : est melissa. z marmaco. est marubiū. Suidel. pla. dicit marmaco. i. marubiū siue piasū : quod idē est. ¶ Mod⁹ cōditi de buglossa boni. R. buglossa se mēte sicce foliorum rosarū corticum citri aut foliorū ei⁹ añ. ʒ. ij. alfelgemich. i. seis ozimi gariofilati. ʒ. j. triū. genex. citoniorū : triū generū pomorū. añ. ʒ. j. sete crude icise : nuc. muscate : zedoarie : galage : been : vtriusq̄ scilicet albi et rubei sandali citrini : croci añ. ʒ. j. j. ligni aloes. ʒ. ij. vini z aque añ. ʒ. vj. mellis libras. viij. aromatizetur cum musci. ʒ. j. tertia : z gallie. ʒ. ij.

¶ Cōditū. i. pparatū de buglossa. i. lingua bouis cōditū aut de buglossa nō est zuccarū buglossatum. q̄ sit ex zuccaro z floribus buglosse : vt quidam crediturunt.

¶ Triū generū citoniorū vel triū specierū citoniorum. greci vero ponunt ipsa in numero. maiorū z genera ipsorū sunt multa : quorū quedā sunt dulcia : que dā acria quedā muza z sic de singulis. sed hic solū intelligimus tria gna que sunt dulcia acetosa z muza. i. q̄ sapor ipsius sit compositus ex dulcedine z acetositate.

¶ Triū generū pomorū similiter intelligitur de trib⁹ generib⁹ pomorum z sunt propole dulcia acetosa z muza.

¶ Sete crude z nō cocte. vt dicitur fuit. Papias inquit bombices dñr apud feres froditū hucus q̄ serisum creat ex cuius sictura bōbicin⁹ sit.

¶ Hic sectio de conditis cōplementum suscipit fm do. Mesue : nunc vero aggrediamur sectionem de speciebus loch fm eundem.

¶ Nobis igit adhibetator. aurilij de terra. cē. lig. rēruq̄ oim opifex z conditor.



¶ Loch de pino. R. gnorū pini. ʒ. xxx. amigdalaz dulciū anellana rū assataz. dragagati : gummi arabici : ligritte z succi ei⁹ : amili capillorū venerz : radicū lithy celest. i. areos añ. ʒ. iiij. carniū dactilorū chairō. i. illi⁹ regidiō. ʒ. xxxv. amigdalaz amararum. ʒ. iij. mellis passularū zuccari taberzet. i. albi butiri recētis añ. ʒ. iiij. mellis taberzet quantum sufficit : sumatur ex eo quasi lambendo. ¶ Loch ex innētiōe nra. accipe seminis papauerz. ʒ. z. radicis ligritte. ʒ. vj. sebesten. xx. psily granorum citoniorū añ. ʒ. v. coquant cū. ij. lib. aq̄ vsq̄ ad li. j. z. z. colēf z pijciant sup illud rob z penidiarum añ. ʒ. iiij. et iterum coquantur impingentur : deinde misceantur cum cum eis dragaganti z gummi. ʒ. v. papaueris albi z trinum granorum añ. ʒ. ij.

¶ Loch autē est medicina liqda in modū sirupi. sed est inspissata valde aliquatiter viscosa apta vt lambat deglutendo ipsam paulatim contra dispositionem pectoris ac pulmonis. ¶ Lanfrancus chirurgicus in capi. de gibbositate imponi habet vnum medicamentū z inq̄. fiat loch. i. medicina spissa sicut mel liquidum seu crudum mungō : sūssim apud nos sū d loch est multū in

vsu. Aut in quinto casu in tractatu tertio de auris dolo
re h3 vnā aliā descriptionē sed non est eadē. Jo. Sera. in
suo antidotario habet vnam aliam descriptionem que
vocatur loch de granis pini. et ibi inquit astroculibe. et
sunt grana pini.

¶ Pinus arbor scdm Irido in capi. de proprijs nomini
bus arborum vbi inquit. pinus arbor pices ab acume
ne foliorū vocata. pinū em antiqui acutū notabant pi
nū aut aliā pitm: aliā greci peuce vocant. quā nos pi
cea dicim: es q̄ desudet pice: nā i specie sibi differūt: in
germanie aut in silis hui' arboris lachryma electuariū
signit. hic tex. Irido. nō acceptat: nā electuariū non est
lachryma pini: sed potius agiros et est gummī dictum
charabe vt patet apud Simo. ianuē. Buicen. in. ij. casu.
facit vnū capit. de grano pini: et aliō de glos: et ibi dicit
quod est granum pini maioris: certe illud nomen de
gelou apud arabes est de auellana maiorē quā nos nu
cellam dicimus. hoc granum satis est notum.

¶ Auellane note sunt. Jo. Sera. in suo antidotario in
cōfectione alchechngi quitabuse. et sunt auellane alla
te. per de crescitio ait. auellane ex eis quedā sunt sil
ue. que in nemoribus et sepibus nascuntur quedā dome
stice silustres sunt parue saporose grossam testam ha
bētes. Domestice vero quedā sunt rotunde grosse: et q̄
dam longe ex quibus longe saporosiores sunt et citius
maturant: et assant auellane: vt dictū fuit de cimino.

¶ Liquiritia est radicē dulcis satis nota. Albuchasis in
tractatu scdo docet modū faciēdi succū ipsius: et dicit
quod fit de mēse iulij: q̄ tunc planta eius est plena suc
co. cassi' felix ca. de glicouita inquit glicouita grece ex
eo dicta q̄ dulce radicē habet: glie em grece dulce dicitur.
Sal. ait maius iuuentū q̄ est in liquorita est in
succo radicis eius. quidam prae fophisticant succum
ipsius ex puluere ipsius et melle.

¶ Amilū. i. amidū. Sera. in cap. de frumēto docet duos
modos faciēdi amilū sine amidū. Sal. in. ij. ad partenta
num dicit amilum omnibus notum. est enim quasi me
dulla frumenti.

¶ De melle passulato seu passularū ingrediente cōposi
tionem hui' loch. cōtrarictas existit aliq̄ inter apothecarios
nō parua. aliqui em male accipientes verba de
suc apponūt mel et passulas pro loch cōficiendo: q̄ mi
nime facere cōuenit: q̄ hec nō est intēio dñi Mesue: nā
nec ipse nec aliū post mel vix vnquam medicinas alē
quas in suis cōpositionib' subiungūt: sed per mel pas
sularum intelligere debemus cum passulis cōfectum
sicut etiam cōficiat cū embelictis et anacardio et alijs
rebus et modus ipsius est quod accipiuntur passularū
mūdatarū a sordibus eorū. 3. iij. aque cōmunis li. j. co
quantur simul vsq̄ ad cōsumptionem aque: deinde fiat
fortis expressio cui addatur mellis duplū ponderis hoc
est pro qualibet lib. j. carnisum passularum addatur li.
ij. mellis bene dispnmati et iterum simul conquant vsq̄
ad necessitatē deinde deponatur ab igne: et vsui reserua
in vase vitreato id erit mel passulatū: si etiā mel martini
facere volueris de modo ipsius docet Nicolaus in fine
diacodion vt ostensum fuit.

Loch. de papauere ē diapaouer. R. papa
ueris albi. 3. xv. amigdarū dulcium excoz
ticarum granorū pini gummī arabici. dra
gaganti succi liquiritie ana. 3. x. amij. 3. iij.
seminis portulace seminis lactuce: seminis
citiorū. añ. 3. iij. croci. 3. j. penidiorū albo
rū. 3. iij. sirupi de papauere quātum sufficit
etiā sit proprie sirup' ex capitib' papaueris
albi et nigri et semine lactuce et violis.

¶ Loch de papauere fm intentionem Mesue est diapa
ouer: sed fm intentionem apothecarioz aliud est loch
de papa. aliud est diapaouer. tamē vnū pro alto po
test dari. Ipse in sua practica describit multas descri

ptiones diapaoueris: vt in ca. de tussi a m. c. de sicut
sanguinis ab aure: sed non sunt in vsu: alia vero et cri
prio est quam nos habem' in vsu et ex auctoritate Me
co. de quo supra Buicen. in. v. casu. habet vnam descri
ptionem loch de papauere sed nō sunt idem: illa vero
est nobilitior illa.

Loch de squilla. R. sqllē mellis dispnmati
partes cōuenientes: deoquantur in substā
tia loch: et accipiatur sic labendo.

¶ Istud loch apd nos est multum in vsu. idem Mesue
describit aliam descriptionem in capi. de tussi humida
sed eadem est. Bu. in. v. casu. habet vnam aliam descri
ptionem que eadem est.

¶ Squilla apud Bu. in. ij. casu. est cepe muris eo quod
interficiat mures. circa instans squilla alto noie cepa ma
rina b: illa q̄ sola reperit nisi sit plantata mortifera est.
Succus aut sqllē isto mō fit. opz vt mundet sqlla cū
tello ligneo et corticib' superiorib'. et postea in olua illa
recte i pasta facta ex farina frumētū vt chereme. i. siligi
nis 3. j. albuchasis: et ponat i furno panis reperato nō ni
mis calido. nec nimis frigidor ibi dimittat vsq̄ q̄ postea
erit cocta. deinde extrahat: et accipiatur lamne squille
ita talide et habeo paratū mortariū lapideū cōdū cū
pistello ligneo et bene cōfundantur. postea cū pctia lini
subtilis expumantur fortiter et succus extrahatur.

Loch de alsescera valet sicut loch de squil
la. et eius modus est sicut in illo: et est medi
camen expertum.

¶ Istud loch de alsescera non est in vsu. ideo non est ne
cesse vt ipsum describam. alsescera vero fm Mesue est vi
tis alba. que alto nomine briona vocat. hec apud Dia.
vocatur ampellos leuce: et apud herbaricos cucurbita
siluestris dicitur.

Loch sanū et expertum. R. cinamomi: iso
pi sicce: liquiritie añ. 3. j. iunibe: sebestē añ.
nūero. xxx. passularū enucleatarū: ficuū sicca
rum. et dactilorū pinguiū añ. 3. ij. fenu. greci.
3. v. capillorū. veneris. Ad. j. anisi: fenticuli:
ireos calamēti: seminis lini añ. 3. iij. dec om
nia coquant in lib. iij. aque vsq̄ dum rema
neat li. ij. et proyiciant sup ea penidiorū lib.
ij. et coquantur et impinguētur vsq̄ ad spissitu
dinē mellis: deinde proyiciant super eum pi
nearū mūdatarū. 3. v. amigdarū mūdata
rum: liquiritie: dragaganti: gummī arabici:
ci: amili añ. 3. iij. ireos. 3. ij. misceatur omnia
et agitentur vsq̄ dum medicamen maceret
et album fiat: et reserna.

¶ Istud loch apud nos est multum in vsu et est sanū et
expertum ad tussim et ad raucedinem vocis.

Loch ad caliditatem et asperitatem pectoris.
accipe radi. liquiritie. 3. xv. chesmes: pin
guiū. 3. ij. sebestē: iunibe añ. 3. xv. deoquantur
cū facillitate cū quatuor li. aq̄ vsq̄ ad lib.
j. et proyiciatur sup ipsum cassiē. 3. j. deinde
colent a scosis et proyiciatur super illud rob.
3. iij. penidarum lib. 5. deinde coquantur do
nec impinguētur: deinde misceantur cū eis
farine fabarum. 3. ij. et labatur ex eo.

Loch ad caliditatem et asperiditatem pectoris

et ad tussim calidam: sed non est in vsu.

¶ Chelmes sunt: passule sine ossibus. et meliores: ex eis sunt ille que veniunt de oriente que satis sunt note.

Loch aliud ex intentione nostra hoc non est in vsu: simplicia tamen que sunt declaranda declarabo.

¶ Per tria grana s'm quosdā intelliguntur tria semina ex seminibus quatuor: maiorib' frigidis. s. semina melonis citruli et cucumeris: et quando reperitur quatuor granorum vt est in trifera persica quatuor semina com munita maiora frigida intelliguntur. s. melonis citruli cucumeris et cucurbite.

Loch bonū conferēs ethicis et cōsumptis et ptificis. R. papaueris albi: spodij. semis lini torrefacti: croci amigdalārū dulciū añ. 3. ij. amili dragagātī gūmi. s. gūmi arabi. seminis citonio: seminis citruli: qd est spēs cucumeris añ. 3. vj. granorū nasturtij coctorum: amigdalārū amararū fabarū añ. 3. j. 5. penidiorū. 3. lr. dissoluātur penidie in aqua fontū et coquātur et cōficiātur cū eis et c.

¶ Istud loch in vrbē Vicinensi non est valde in vsu: sed in vrbē Mediolani magis: ipse Mes. in cap. de ptifi: qua si in sine habet vnā descriptionem ex auctoritate labor: qd dicit loch cōferens ptificis et cōsumptis: sed nō sunt eadē: nec fit s'm illā descriptionem.

¶ Stans nasturtij cōtrariū euenit ei qd aduenit ligno alocs nā istud p decoctionē debilitat: immo extinguit. illa vero sunt virtuosiora: nasturtij vero apud Dialc. vocat cardamus. Gal. in. vj. simplicia inquit cardam'. i. crocus ortulanus et est ex herbis spinosis. hic textus Gal. nō videt bene sonare: sed credo q' fuit error: scriptorio. nā ipsemet in septimo inquit cardam'. i. nasturtij: sic est s'm veritate: sed sicut dicit cardamū debet dicere cardamū. i. crocū hortulanū. Mesue inquit grano et nasturtij coctorū nō intelligitur q' debeāt coqui in aqua: sed intelligitur q' sint bene cocta. i. matura ad solem.

Loch ad asma bonū. R. squille assate. 3. ij. radice lilij celestis. 3. ij. yfopi: pressij: id est marubij añ. 3. j. mirre: croci añ. 3. j. 5. confice cum melle et fiat.

¶ Istud loch apud nos est multum in vsu. idē in capi. de asmate habet vnā aliā descriptionem ex auctoritate Jo. Sera. que eadem est: de modo assandi squillam videtur vbi ostensum fuit.

Loch de amigdalīs. R. amigdalārū dulciū et amararū seminis lini torrefacti: granorū pini anisi dragagātī gūmi arabici: succi liquoritie et radice eius añ. 3. j. 5. succari penidiorum añ. 3. ij. conficiantur cū melle: et succi feniculi: et succi apij: prius bullitorū quā titare sufficienti.

¶ Istud loch apud nos est in vsu. Amigdala. scdm Jll. apud grecos idē sonat q' latine nux lōga: hāc aliq' nucē cū vocat qm̄ minore nucē amigdala etiā p morbo alit: qm̄ accipit: et sunt due emēnie iuxta radicē ligue i fauibus similes capitib' mammillarum: et dicitur dicit.

¶ Secundum eundem in sua practica.
Loch de aleis in. c. de tussi hūida. R. aleorū mundatorū h. 3. et elixa ea in aqua decoctionis ci cerū: et yfopi sicce vsq' dū sint bene decocta: deinde colētur et terātur alea sicut mes-

dulla: et projice sup ea mellis et butiri añ. 3. vj. et decoquant lento igne vsq' ad terminū loch: et vtere bonum est.

¶ Istud loch apud nos nō est in vsu. Aleis s'm Jll. in. c. de oleribus dicit aleis dicit q' oleat vpicū appellatū q' olei odorē habeat. papias inquit. aleis dicit q' oleat: cuius odorē venenata ferre nō sustinet: leo quoq' et p dū fugit: corporib' tñ humanis salubre est: nā sui calore deducit et interius medicatur doloribus oculis vero in cibo crebrius sumptū caliginē inducit. Rui. in. v. cano. habet vnā aliā descriptionem que eadē est.

Loch de canlibus in eodē capi. R. succi caulii lib. v. lento igne coque auferendo spumā eius vsq' dūz redeat ad lib. ij. deinde coquatus cū rob. i. musto cocto siue sapa: mellis li. j. vsq' dum ingrossetur: et bonum est.

¶ Istud loch apud nos est multū in vsu. Jo. Scrap. in suo breuiario l. c. de ptifi absq' febre h3 vnā aliā descriptionem. et fere eadem est.

¶ Caulis a greco caulos qd ē hasta hastile et virga virilis. s. veretrum: vnde caulio est tirsus cuiuslibet plantę. Jll. inqt caulis est gñaliter herbarū et olerū mēdius frutes qui vulgo tirsus dicit q' a terra sursum cōscendat. est aut gñale nomē: ois est frutes caulis d'. cauliū aut genera quinq' cum anū. s. pomplanū arcinū fabellum brucium: apud Dia. caulis vocatur basica.

Loch d' pulmōe vulpis i ca. de ptifi. R. pulmonis vulpis sicci. succi liquoritie: capillorū veneris semis feniculi añ. 3. ij. cōfice cū zucaro decocto cū aqua quātū sufficit: et qm̄ cōfice cū rob mirtino, et 2 fortatiū amplū.

¶ Istud loch apud nos est multū in vsu: s'm intentionē Mesue et est medicamen galeni. Rui. decima tertij in cap. de cura vlcerū pectoris et cura ptifis habet vnā aliā descriptionē: que est eadē: sed lumē male lucens inquit loch de pulmone vulpis magistrale. videlicet qd nō reperit ab auctoribus: sed falsa est opinio sua: nam vide qd sua descriptio est eadē cum ista. preterea Galiclaus florentinus libro. iij. in ca. de catarro et couza ponit ad literā loch de pulmone vulpis: et ibi nec addit v' minuit aliquid: immo est eadem descriptio. pulmonez vulpis anteq' administretur in medicinis oportet primo preparari: et modus eius est q' accipias pulmonem vulpis et mundes optime et incidatur per venas: postea abluatur cū vino albo odorifero parū calido: hoc fiat tñ q' pulmo vulpis efficiatur sine putredine: postea ponatur in olla et exiccetur i furno leniter calido: et post ip' sius exiccationem referuet sed prius inuoluatur cum absinthio et vtere vbi oportet. et tascoides ait. pulmo vulpis cū vino nigro asmaticis subueuit.

¶ Vulpes est animal satis notū. Jll. dicit vulpes dicit quasi volupes: est est volubilis pedibus: et nunq' rectis itineribus: sed tortuosis anfractibus currit: fraudulentiū animal invidūq' decipiens. nā dū non habuerit escā fingit mortē: ad eamq' descendentes quasi ad cadauer volucres rapit et deuorat: hoc apd arabes vocatur shaleb. Sera. in ca. de amigdalīs inquit et qm̄ vulpes comedit amigdalā amarā cū aliquo cibo moritur. Mesue ac Rui. volūt q' predictū loch cōficiatur cū zucaro: sed hodie generalr cōficeit cū melle: etiā Jll. dicit q' cōficiatur cū zucaro. Mesue inquit etiā si cōficiatur cum rob mirtino est confortatiū optimum.

Loch de semine lini ad illum qui iussit in antidotario. Jo. Sera. R. se. lini torrefacti. 3. ij. confice cum melle. et fiat loch.

¶ **I**stud loch est multum in usu: tñ ego vidit ipsum fieri ex farina semis lini nō torrefacti & melle & est mirabile ad tussim puerorū. **A**nice. in. v. cañ. in tractatu. v. de alobo. cat. ad spumalia habet loch ad tussim sicā: est idē cū descriptione Sera. **L**inū f. semē medicine aprū ad multa. **I**ñ. in cap. de linā inquit. linū ex terra spē. murenti oritur. desursumq; nomen eius ex greco est. nō linū gre. ci linarin dicitur lue q; sit molle & lenē. Petrus de cretē. tis in. c. de canabis dicit q; est de natura lini: torrefit autem semē lini sicut alia semina.

¶ **L**och albotin fm **A**lui. in. v. cañ. **R.** se. i. soli ni torrefacti: passularū mundatarū añ. lib. j. amigdalārū pini & amigdalārū dulciū amigdalārū amararū mundatarū añ. **z.** v. j. anel. lanarū torrefactarū: glutinis albotin: radiū cum lilij celestis. i. i. eos añ. **z.** j. m. y. r. be. cro. ci: thuris masculi añ. **z.** j. s. tere & cribellētur & inuoluātur cū lacte asinino: & cōficiatur cum eo: & fiant trocisci: & ericcētur in vmbria: dein de terātur & cōficiatur cum melle.

¶ **I**stud loch apud nos non est in usu.

¶ **A**lbotin vero terbetina q; alio noie largatū dicitur: & granū ipsius fm **A**ui. in. q. cañ. vocatur granū viride fm circa instans terbetina melior est albida vel citrina & clara sine putredine: p. centum annos seruat. **S**era in ca. de terbetino dicit q; sunt due species. s. domesticā & siluestris domesticā est bothin secundum veritatem & fructus eius est granum viride & siluestris est lentiscus. & ambe habent gummi. **S**al. in suis secretis in. c. de dolore & capitis & splenis & multorū aliorū inquit cere ele. chalmiac. i. terbetina vel albotin.

¶ **A**migdale pini sunt grana ipsius vel semina que alio noie nūc pincarū dicitur greci vero dicunt strobilia.

¶ **L**och de farfara magistrale. **R.** radicum farfare. **z.** v. j. lauent bene a sordibus earū: deinde bulliāt bene donec sint bene coctē: dein de bñ pistent prius cū dicta aqua dissoluāt succari li. j. s. coquant vsq; ad formā electuarū: deinde addat pinearū mundatarū. **z.** j. s. passularū. **z.** ij. pistent in mortario lapideo et misce cū sirupo suprascripto: deinde adde croci garioflorū añ. **z.** j. s. succi liquiritie. **z.** j. gra. xv. cinamomi macis añ. **z.** j. misce: & fiat loch in forma bona.

¶ **H**oc medicamē in papia nō est in usu. imo magis est in usu in partibus mediolanensib; sed descriptio ipsius ab auctorib; non reperitur: farfara hō fm modernos est vngula caballina sine vt alij daydanam vocāt. species ipsius due sunt vna est tam prime dicta altera vocata nencusar vtraq; in aquis nascitur: vna cum flore albo: altera cum flore rubeo. vt dictam fuit supra in electuario de farfara.

¶ **P**erfecimus fantore domino sectionem de loch. prosequamur nunc circa sectionem siruporum & iuleb. presertim igitur alimus nobis gratiam et sub vmbra alarum tuarum protegat nos. **D**e iuleb. sirupis aerob fm do. **D**esue et alios doctores per ordinem: si deus voluerit describam que sunt in usu: et que non.

¶ **M**odus operationis iuleb cōferentis adu. stioni febriū. **R.** aque infusionis rosarū lib. v. succari lib. iij. coquantur cū facilitate: & ad ministrētur cum aqua frigida.

¶ **I**uleb. vel iulep. arabice est sirup simplex ex sola aqua

& zuccaro vel adhibita aliqua parte aque rosate: vt inquit **J**oan. **S**era pi. in septimo. **S**entilis sup. v. cañ. **A**ui. dicit iulep. arabice iuleb grece est sirupus ex sola aqua rosata vel cōmuni & zuccaro. **I**stud iulep apud nos est multum in usu. sed non vtmur sub nomine iuleb. veruz est q; facimus & facere debemus et vtmur sub nomine sirupi rosati ex infusione rosarū: & predictam infusionem ipse docet inferi quādo hō medicus ordinar iuleb nō intelligitur de ista descriptione sed illud iuleb quo vtmur apparebit infra sub noie iuleb aliud rosarū. **N**icos laus ponit sirupū rosatum cuius infusio eadē est cum illa **D**esue: tamē in doli non concordant.

¶ **I**nfusio rosarū est illa quam docet idem sub nomine operatio infusionis rosarū aut violarū.

¶ **O**peratio infusionis rosarū aut violarū. **R.** foliorū rosarū aut violarū recentū lib. vj. ponatur in vase vitreato terreo stricti officij: & fundant sup ea aq; calide li. xv. & stringat officij vasis: & dimittat per horas. viij. aut de nouo colent: & in vase iterū tantū dē foliorū rosarū recentū: aut violarū immittatur: & de nouo eadē aqua calefacta supra mittatur et stringat officij similis per. viij. horas: deinde coletur: et si cōseruare volueris ponat in vase vitreato stricti officij: et distillet. oleus in officio eius & stringat caput ei & exponatur soli dieb; .xl. & illud mucharus rosarū aut viola. **D**ec opatio infusionis rosarū: aut violarū est illa de qua fit sirupus rosatus ex infusione rosarū: etiā illo modo fit infusio violarū pro faciēdo sirupū violatū ex infusione violarū vt dictū fuit supra: et qñ p̄dicta infusio est cōpleta potest cōseruari in vase vitreo et nō in vase terreo: q; putrescit: & in hac infusione zuccaro dissoluto & cocto fm artē posunt fieri cōfectiones: & alia: vt est diarodon descriptione cōmuni: & ita de alijs. **M**odus iuleb violati cōferens ad febrē & inflammatiōnem & asperitatē pectoris & tussim & pleuresim: & eius opatio est sicut iuleb rosati.

¶ **I**uleb vt dictum fuit est sirupus simplex ex sola aqua et zuccaro: & propter id dñs **D**esue dicit. iuleb violatū quod fit ex infusione violarū: et nos facimus & nominamus sirupum violatum ex infusione violarū et ei; modus est sicut modus sirupi rosati hoc est q; pro lib. v. infusione violarū addantur lib. iij. zuccari: et fiat sirupus violatus ex infusione: et est ille de quo intelligitur quādo medicus ordinar iuleb violatum simpliciter. infra apparebit vna alia descriptio que vocatur sirupus violatus cōpositus qui etiam in usu est. etiā apparebit aliud iuleb rosatum vel violatum & fit vtraq; ex aqua distillatis & non per infusionem.

¶ **I**uleb aliud rosatum. **R.** aque rosa. lib. iij. zucca. lib. ij. et fiat iuleb.

¶ **I**stud iuleb quod fit ex aqua rosata distillata ab alē dico est ille quo vtmur pro iuleb rosato et est ille de quo intelligitur quando absolute ponitur: due descriptio: nea iuleb posite fuerunt que fiunt ex infusione florū siue rosarū siue violarū et nominantur suo nomine. **A**licenna in quinto canōn. etiam docet facere iuleb ex aqua rosata.

Iulebiolatum. ℞. aque violarū libras. iij. zuccari. libras. ij. coquantur: et fiat vt supra.

¶ Simili modo iste iuleb debet fieri ex aqua violarū distillata sicut fit iuleb rosarū quod etiā in vsu est in fundo vasis iuleb violati vel rosati aliqui inueniuntur zuccarū induratum in fundo vasis: quod vocant moderni candum, violatum vel rosatum.

Iuleb'alchermes fm eundem in sua practica cap. sermo in aqua cicorum ꝛc. ℞. alchermes et decoquatur in aqua decoctione sufficiens: et recipe huius aque partem vnā pentadiorū: partem. 5. decoquatur vsq; dū sufficit fm eundem modū fiat iuleb quod in vsu non est.

¶ Alchermica vel chermes scriptū hic cū litera. s. sunt passile sine arulis: s; chermes scriptū cū r. est grana cū iā tinguntur panis: et apud Dia. vocatur coccius.

Sirupus de pomis. ℞. succi pomorū dulciū et acetosorū añ. li. v. coquat succus vsq; ad consumptionē medietatis ipsi: et dimittatur p dies. ij. vsq; dū clarifcat: deinde colet et cum li. iij. zuccari: fiat sirupus: et sunt qui submergūt in succo setā tinctā ex chermes. i. granis cum quibus tingūtur pāni ante succi depurationem vsq; dū sit rubea et recipiat virtutem tincture. et est excellentior.

¶ Iste sirupus apud nos est multū in vsu et maxime fm istam descriptionē qua dicit sirupus de succo pomorū: vel sirupus de pomis simplex ad differentia alterius descriptionis que vocat de pomis ppositus: de quo infra.

¶ Succus fm Iudois in cap. de potu dicitur est quod succo exprimitur vt pitane. Plinius in cap. de generibus succorū et de odore ait interim que sunt cōmunia ex pomis oibus succis saporū genera tres et decē reperiuntur dulcis suavis pinguis amarus austrius acer acutus acerbus albus saluus ꝛc.

¶ Mesue inquit quod sunt aliqui qui submergūt setā tinctā ex chermes in isto sirupo: et est excellentior: sed raro apud apothecarios fit per illum modum.

Sirupus de piris modus eius est sicut sirupus de pomis: sed non est in vsu.

¶ Aucen in quinto canonis habet vnā aliā descriptionem quod cadē est idē in quarto cano. in fen. prima in ca. de cura moribilibi laudat ipsū sub noie sirupi de altelea: nā altelea vt exponitur in suis sinonimis sunt pira et sirupus de altelea. i. de piris: vt exponit etiā Jo. arculanus super illo passu.

¶ Pirus vocata videt quod lignis specie formata: nā hoc genus pomi ab amplo incipit: et in angustum finit sicut ignis. pirus autem arbor: fructus eius pira sunt.

Sirupus de citonijs valet sicut sirupus de piris et est idem modus vt vsq; hoc est p qualibet lib. j. succi citoniorū purificati adde li. j. j. zuccari: et fiat fm artem et vocetur sirupus de succo citoniorum.

¶ Citoniū hoc est fructus satis notus. Mesue h; hic sirupus de citonijs: qui apud quosdā est miua citoniorū simplex. nā idē iterū ponit descriptionē miue citoniorū quod test fieri cū speciebus et sine speciebus. Aucen in quinto de functione de sirupis h; sirupus de citonijs: et dicit quod est miua. quidam sapientes dixerunt quod si necessitas fuerit in operando loco sirupi de succo citoniorum potest dari miua citoniorum sine speciebus: tamen differunt inter se.

Sirupus de succo acetose. ℞. succi acetose purificati lib. ij. zuccari. lib. ij. et fiat sirupus fm artem.

¶ Iste sirupus est multū in vsu. Acetosa vero est herba satis nota: cuius ortus est in pratiis folia ipsius dū sunt viridia manducantur. apud Dia. et Serap. vocatur lapacio sicut patet si legatur vitruisq; ca. de lapacio cum acetosis apud Aucen. Eul. pla. et in quibus. i. acetosa vt acetosella. hic textus Sulei. est falsus. nā ribes non est acetosa. sicut p; p Serap. et Aucen. qd de vitra. c. factū. verū ad necessitatē vnū p alio potest poni: nā idem non sunt.

Sirupus de succo cucurbite. ℞. cucurbite magnam. et inuoluatur pasta et decoquat in furno: et recipe expressionis eius lib. v. zuccari albi lib. ij. misce et fiat sirupus.

¶ Iste sirupus nō est valde in vsu. Cucurbita hoc cōmuniter satis est nota: reperitur alia cucurbita dicta siluestris: apud herbarios: et hec apud Diacono. vocat ampellos seuce i. bionia.

Sirupus de granatis acetosis valet contra febres colericas. ℞. succi granatorū acetosorum purificatorū lib. v. zucca. albi li. ij. fiat sirupus secundum artem.

¶ Iste sirupus fm plurimū est ille qui nobis est in vsu. si quis idē describit vnā aliam de granatis dulcibus ambas describam.

¶ Granatū malum. i. pomum granatū. Serap. capi. de granatis ex auctoritate Sal. inquit quod sunt ex eis acetosa et dulcia et virtus cuiusq; eorū est fm suū saporē. et sapor totius granati et granatū ipsius est plus supricus quod sapor succi eius et pluris delicatioris. reperit aliud granatū: cuius sapor est miuus. s. cuius sapor est mixtus ex dulcedine et acetositate.

Sirupus de granatis dulcibus. ℞. succi granatorum dulciū purificatorū lib. v. zuccari li. ij. et fiat vt supra: sed sunt qui immergunt in succo setā tinctā ex chermes. i. grana cū qua tingunt pāni: et est excellentior inter has duas descriptiones sirupi de granatis: sed secūda plures prima est nobilio.

¶ Petrus de crescentijs inquit mala punica sunt mala granata quod nota sunt ex quibus quedā sunt dulcia: quedā acris sine acetosa quedā medio cris saporis inter dulce et acre composita.

Sirupus de corticibus citri. ℞. corticū pomorū citri recentū lib. j. decoq cū libris. v. aque fontium vsq; ad consumptionē duarū partium: et cū lib. j. zuccari fiat sirupus et cōdiatur. i. aromatizet cū granis. iij. musci et sunt qui in iuleb proyiciūt ex corticibus citrorū partes cōuenientes et proprie quod vicinatur cōplexioni cocture eius est delectabilis: et quod submergit in aqua decoctionis citri seta tincta ex chermes. i. granis tinctorum tūc est excellentior.

¶ Iste sirupus apud nos est in vsu: citri vero apud arabes vocatur haterogi. Serapio in c. de citro ait ex auctoritate Sal. fructus huius arboris noiat in greco pomū aq. Jre in vsu. inquit mille medica. i. citrus huius fructus nouū pomum medicum sed citrum ab omnibus nominatus.

Sirupus de acetositate citri. ℞. succi acetositatis citri lib. ij. decoq in vase vitreato super unam

primas cum facilitate vsq; dum consumatur ter-
tia pars ipsi: deinde coletur et dimittat do-
nec clarificet: et accipe ex eo quod est clarum lib.
viij. et funde super ipsum ex iuleb claro et de-
purato. lib. v. et coquantur donec inspissetur:
si autem estas fuerit: dimittatur in sole do-
nec acetositas consumatur.

¶ Hic sirupus de acetositate citri est multum in vsu: epoz
fieri cum magna diligentia. apud nos generaliter facit
ipsum hyemali tempore apud festum natiuitatis domi-
ni nostri iesu christi: quia illo tempore citri deferuntur ex
ianua ad nos: tunc facit sirupum.

Sirupus de agresta. modus operatiois eius
est sicut sirupi de acetositate citri: et quidam
condiunt cum gartofolis.

¶ Hic sirupus est in vsu. auic. in quinto canonis habet
vna aliam descriptionem et est fere eadem. Etia franciscus
de pedemontis in. c. de cura. male complexionis stomachi
cum materia simplicis et compositi habet vnam aliam: de-
scriptionem que eadem est cum illa. d. Auicem.

¶ Desue dicit quod modus operationis eius est sicut siru-
pi de acetositate citri. et est quod accipiat lib. xij. suc-
ci vire acerbe et decoquantur lento igne: vel ponantur ad
sole vsq; ad consumptionem tertie partis: deinde coletur et
dimittatur donec clarescat: tunc accipe ex eo. s. succo qui
erit clarus lib. viij. zuccari clarificati sicut iuleb li. v. et co-
quantur simul vsq; ad perfectam cocturam et referuentur.

¶ Que plura genera sed hic intelligunt ille que in colo-
re sunt citrine et ruffe. et dicitur sapienter quod predicta vire de-
bet esse ex illis ex quibus fit agresta. Albucaasim i tra-
ctatu scdo docet modum extrahendi succum vire acerbe.
Pet. de crescentis inquit. agresta fit duplex liquidum et
siccu. agresta liquidum fit hoc modo. cum vire sunt acerbe
vsq; ad debitum vel quasi. peruenierint ad augustum colliguntur
et pistantur et in mastella vel tina vel aliud vas ponuntur
ad solem et eis aliquid de sale ponatur: postquam duos
dies vel tres ad solem steterit accipiat succus et reposi-
tus vsui referuetur et quidam sal non ponunt. sed cum eo
melius referuat. et ibi etia docet facere agresta siccum.

Sirupus de granis mirti. s. succi granorum
mirti purificati lib. viij. zucca. albi lib. v. fiat
sirupus sicut artem.

¶ Hic sirupus apud nos est in vsu: mirtus est arbor: se-
men vero ipsius dicitur mirtilus: species eius due sunt
scilicet alba et nigra. idem posses dicere domestica et agresta:
domestica vero est mirtus que semen nigrum habet. agre-
sta est chubede que alio nomine mirtus alba appella-
tur: et ambe sunt note.

Sirupus de albelac. s. albelac et enucleo
tur et coterantur et coquantur vsq; ad con-
sumptionem duarum partium et fiat sirupus
cum zuccaro sicut artem.

¶ Hic sirupus apud nos non est in vsu. Zo. Sers. in suo
antidotario habet vna aliam descriptionem albelac vel be-
lac sicut opinione plurium doctorum sunt dactili immatu-
ri. alij dicunt quod sunt anacardi: quod ignoro. Mat. siluati.
inquit. albelac est species dactilorum. et sunt dactili im-
maturi. i. acetosi. sico. florenti. in lib. iij. in cap. de squi-
nantia dicit albelac. id est aldela. i. dactili immaturi. et
hec communis est opinio.

Sirupus de papauere. s. papaueris albi et
nigri et proprie capitum eorum. an. 3. lx. et deo
coquantur in lib. iij. aque pluuialis vsq; dum
redeat ad lib. j. s. et cum zuccari albi: et pen-
diorum an. 3. iij. et fiat sirupus.

¶ Hic sirupus sicut intentione doctorum non est ille quo vri-
mur: sed ille quo vrimur est sirupus de papauere com-
positus cuius descriptionem idem describit: de quo infra. sico.
habet vna descriptionem: sed non est in vsu. Auicem. habet
duas in. v. cas. sed non concordant cum ista: nec in vsu sunt.
Wiros qui illud lumē vel verius tenebris apothecariorum
posuerit descriptionem sirupi de papauere ex autoritate
Desue: sed non concordat descriptio sua cum illa dñi Desue.
Rasis in lib. diuisionum in ca. medicina et tussis a sicutatio et
sanici habet vna aliam descriptionem: sed non est eadem.

¶ Papauer quando simpliciter reperitur de semine pa-
paueris albi intelligitur. Ma cer inquit. Dicunt vni ge-
lidam siccam papaueris esse. Tres illi tribuunt species. sico.
vnius albus. Alteri. rubeus. roseus. pallidus. minoris sico.
est. hanc vulgo dicunt agreste papauer. Nobilior cun-
ctis est semen que gerit albam florem. et hoc est notum.

Sirupus dinarij et eius interpretatio est si-
rupus de bisantijs. s. succi endiue succi apij
an. li. ij. succi lupuli: succi boraginis aut bu-
glose. an. lib. j. bulliat ebullitione vna et dispu-
mentur et depuratur. s. eorum depuratoz li.
iiij. zuccari tabarzet. i. albi lib. ij. s. et coqua-
cum facilitate donec fiat sirupus: et quandoq;
ad omnem partem succi depurati ponitur aceto
boni albi: et clari pars. s. et quandoq; bulliat
in succis foliorum rosarum. 3. ij. liquiritie. 3.
3. spice. i. nardi. 3. ij. anisi feniculi: semis apij.
ana. 3. iij. et est mirabilis.

¶ Hic sirupus est in vsu. sub nomine sirupi de bisantijs: non
autem dicitur sirupus de bisantijs quod in ipso blacta bisan-
tie ingrediuntur. sed potest dici de bisantijs a loco quo-
dam nominato bizantijs in confinio macedonie: vt dicit
genti. super. v. cas. B. Dial. autem in ca. de purpurea ma-
rina. i. blacta bizantia ait quod bizantijs est quidam locus in
quo primum inuenta fuit blacta bizantia. et ideo bizantia
a quodam loco potest appellari. Papias etia dicit bizan-
tium est vrbis thracie a pausania rege spartanorum condi-
ta: post a constantino principe in maius aucta constanti-
nopolis nuncupata. est totius caput orientis. Zo. totus
lius inquit. bizantijs prima cum greco sequente consonan-
te. penultima cum t. exili. et i. latino scribitur. vrbis est tra-
cie maritima a pausania spartanorum rege prius condi-
ta. vt testatur iustinus libro suo epithomatis nono. nunc
vero constantinopolis a constantino imperatore qui eam
adauxit et exornauit vocatur. idem etia notat supplemen-
tum cornicardis lib. iij. etia alio vocabulo potest dici quod
bizantijs est genus denarii vel ducati. Unde guarinus
veronensis ait. bizantijs vel bizanteolim dicta est constan-
tinopolis. inde bizantius bizantia bizantijs. vel bizanteo
bizantea bizantijs. i. constantinopolitanus. hinc etiam
adhuc moneta istius ciuitatis dicitur hic bizanteus. vel
hic bizantius. et sic Desue vult quod per bizantijs intelli-
gimus denarium et hoc quod iste sirupus apud medicos est
charissimus. et etia apud infirmos propter utilitatem que
reperitur in ipso sicut bizantijs vel denarij sunt charissi-
mi apud homines. et iste sirupus potest fieri cum aceto et si-
ne: sed sine aceto est magis in vsu.

¶ Si autem sirupus de bizantijs cum aceto facere volueris
addatur pro qualibet lib. sirupi de bizantijs sine aceto lib.
semis aceti boni: et iterum coquantur quod tunc appellatur si-
rupus de bizantijs cum aceto. sed quando doctor ordinat si-
rupum de bizantijs simpliciter de illo qui fit sine aceto
intelligitur et illos succos qui in ipso ingrediuntur oportet
conseruare per totum annum ad necessitatem troacico-
rum de eupatorio ac aliorum.

Sirupus acetosus. s. zucca. boni albi li. v.
et funde super illud in vase lapideo aque fon-
tium dulcis et clare lib. iiij. et decoquat semp

titie. 3. v. in iube numero. xxx. semis lactuce. 3.
xl. semis malve: semis citonioru an. 3. vj. co
quaf in li. iij. aque vsq ad duas z cu succa
ro z penidiorum. ana. 3. vij. fiat sirupus.

¶ Iste sirupus est ille qui nobis scdm plurimu vsu ve
de pedemontū et sic ambo habēt efficacā. Epatica est
herba satis nota: Dias. vocat ipsam licenam vt dictum
fuit in sirupo de epatica.

¶ Sirupus ad matricē magfalis. R. ma
tricarie: carpobalsami: calami aromatici:
xilobalsami: fileris mōtai: cassie lignee añ. 3.
ij. anisi: feniculi: semi. carui: pulegij: origa
ni: calamētī: rois marini: serpillij añ. ℞. j. li
gni aloes: dronici: cinamo. añ. 3. ij. semi. agni
casti. culcu. añ. 5. ij. radicū mādragore: ins
quiami añ. 5. j. mellis dispumati quātū suf
ficit: fiat sirup⁹ fm artē: detur mulierib⁹ ha
benti bus malū stomachum frigidam: 2 ad
passionem matricis mirabiliter valet.

¶ Hic sirupus fm istam descriptionē est in vsu in par
tibus Mediolanensibus 2 debet fieri decoctio cū aqua
ferrea ad pondus lib. j. vini albi odoriferi: et boni coqua
tur vsq̄ ad cōsumptionē medietatis. Dat. luati. de ipa
loquitur in litera serugo. matricaria est arthemisia 2 il
la quā Dias. vocat parthemon: sed Bui. vocat ipsam
vehūē aliquādo alacoen idem est: et hec est herba quā
lombardi crispulam vocant.

¶ Agnus castus. scz semen notum est dia. inquit agn⁹
siue aligos latine alexandrina appellata. Sera. de ipso
duo ca. facit vnū de arbore quod dicit agnus castus
aliud de piperelle que est semen eius infra apparebit de
scriptio trocif. de agno casto: et ibi melius ostendam si
quomno placuerit.

Sirup^{us} de arthemisia. **R.** florū arthemise: \mathfrak{z} ss. y. calamēti folij saturegie: origani: thimi tamarisci: sticados añ. \mathfrak{z} ss. j. florū camomille: florū melliloti: sansuci. i. maiorane: an thos añ. \mathfrak{z} ss. j. blacte bisantie: calami aroma. añ. \mathfrak{z} ss. iij. celtice. i. spice celtice. \mathfrak{z} ss. j. camedreos matricarie minoris betonice abrotani ana. \mathfrak{z} ss. \mathfrak{z} ss. acori: prasilij folioꝝ rubee maiorꝝ file: ris mōtani añ. \mathfrak{z} ss. j. affari squinati: auii: mara tri. i. feniculi. ameos añ. \mathfrak{z} ss. vi. fiat decoctio ex istis: et cū melle quātū sufficit sirupus.

¶ Hic sirup^{us} est ille qui gñaliter in vsu est: tñ hodie inueni vnā aliā descriptionē quā describit Gal. flo. q̄ etiā est laudata apud nostros doctores de qua vide. s. tñ vide vtramq; et elige quam volueris.

¶ Artemisia. i. altilla sine berengis. s. a. arthemisia ab inuente dicta: vt Plinio plz herba a gentilibus diane cōsecrata. nam grece artemis diana. s. d. dacer inquit in principio libelli sui. herbarū quasdam dicitur carmine vices herbarū matri dedi arthemisia nomen: cui grecus sermo in suꝝ puto ponere. pumo huius opē fertur prior inuenisse diana arthemis grece que dicitur: indeq; nomen herba tenent et. fm circa instans est mater herbarum.

¶ Foliū. i. malabarrū: loco eius ponat spica submacis saturegia i. timbra. pl. inquit timbra vero q̄ sit cumilia hec apud nos hꝝ vocabulum et aliud saturegia dicta in condimentario gñe. scribitur mense februario.

¶ Anthos grece est flos vnde alofantos. i. salis flos sed hic per anthos intelligitur flos rosmarini: idē Nicol. dianthos dicitur q̄ sit de floribus rosmarini: etiam flos eius dicitur alchihil.

¶ Matricaria minor: fm plurimū est scōa spēs arthemise. Diasco. de forma ipsi^{us} describit. et hec est illa quā hodie tanacetum sine dacta vocant.

¶ Abrotanū herba est satis nota. Jo. ser. in. c. de retentione mēstruorū et cura eius inquit. sanguasora est abrotanū. in antidotario in decoctione ad idropicos dicit: berengis est sanguasora hic text. Sera. nō videt veritatem: nā ipse vult q̄ sanguasora et abrotanū et berengis sint idē sed nō est: q̄ berengis apud Gal. ac. Simonē est arthemisia et non est abrotanū. vt dicit Jo. Sera. et Aut.

Sirupus cordialis. **R.** melisse lingue bonine. i. buglosse. boraginis. endiuie. lactuc. añ. añ. \mathfrak{z} ss. ij. semi. cōmu. frigidorū maiorū sandalorū rubeorū acetose añ. \mathfrak{z} ss. j. fiat decoctio cum aqua rosa. aq̄ melisse. aque buglosse. aq̄ endiuie. aque boraginis. vini granato. vini berberorum: agresti: succi ranciorum ana. \mathfrak{z} ss. vj. succari albi lib. vj. misce et fiat sirupus secundum artem.

¶ Hic sirup^{us} in papia nō est valde in vsu: sꝫ in Mediolano magis. et sine dubio est cordialis: q̄ p̄stat cor et custodit pericula que accidunt in corde.

Sirupus de acoro fm intentionē dñi magri Hiero. de casali phisici clarissimi. **R.** radicū acori. \mathfrak{z} ss. ij. y. sopi. calamēti origani sicce melisse buglosse añ. \mathfrak{z} ss. j. sticados. arabici. polipodij. piretri boni añ. \mathfrak{z} ss. vij. piperis longi et nigri añ. \mathfrak{z} ss. ij. cnamomi fini. zinziberis fini: sene bone añ. \mathfrak{z} ss. j. infra chebulorū. indorū. emblicorū añ. \mathfrak{z} ss. j. sansuci. i. maiorana

ne ruthe betonice: pulegij: salute ana. \mathfrak{z} ss. vj. halse: epitimi ana. \mathfrak{z} ss. j. suc. lib. iij. fiat sirupus secundum artem.

¶ Hic sirupus a modernis practicantib^{us} nō est valde in vsu: sed ipē dñi magri Hiero. magis erat in vsu. et ipse laudat eū ad egritudines neruorū et ad multa alia. Acorus fm Dias. hec herba venerea vel afroditia vel piperis apum. pl. super hoc ait quod semper in aquosis nascitur. Sera. dicit huc. i. acorus et nominatur spatella quodam vocant ipsum gelium et ab alia gladiolus palustris dicitur arabice vero nominatur hucet vel ogi: radix eius vsu^{us} medicine comperit.

¶ Halse. i. thimus. Jo. Sera. in. c. de retentione mēstruorum dicit: alshura. i. halse quod idem est.

Sirupus de scabiosa. **R.** succi scabiose depurati. li. j. aq̄ decoctiois ordet capillorū ueneris añ. quātū sufficit: succari li. ij. dissoluti in p̄dicto succo: et decoctione: cui addant colorū rubeorū tritorū \mathfrak{z} ss. iij. ligatorum in pecia rara: et ex eis fiat sirupus.

¶ Hic sirupus in paribus nostris nō est valde in vsu.

¶ Scabiosa vero est herba satis nota: sed miror q̄ nos scilicet auctores de ipsa nō loquunt. tñ fm intentionē Mat. sili. dicit q̄ scabiosa latine grece stibos vel stibos. et ibi loquit de scabiosa ex auctoritate Dias. sub litera scabiose: q̄ non reperitur. verum est q̄ Dias. c. vñ. facit de stibos: sed ignoro quō illud sit de scabiosa sed fm intentionē Matthei idē est. Concorregis in cap. de tussi in fine ca. inquit sic. si d. q̄ scabiosa cōfert in hac passione et parū de ea d. ab auctoribus. idē hōs verius nota. Urbanus per se nescit precium scabiose. Nā purgat pectus quō cōpunit egra senectus: purgat pulmonē la: et sic: si mul regione. Rurp. ap. apostemata lentū virtute probata. Emplastrata fortis necat antracem tribus horis. Intus potatur: et sic vnus euacuat antr.

Sirupus de betonica. **R.** betonice. \mathfrak{z} ss. j. ruthe celidonie fragarie: eufragie: lenistici pulegij camedros: rois marini: origani foliorū lauri: saluie isopi: liqritie rubee. i. rubeo tinctoū gariofilate. i. sanamū de añ. \mathfrak{z} ss. j. se. anisi aneti ameos petrosily lactuce añ. \mathfrak{z} ss. j. j. rosarū floꝝ boraginis añ. \mathfrak{z} ss. j. fiat ex ipsis decoctio cū zuc. albo fiat sirupus.

¶ Hic sirupus apud nos nō est in vsu. Sed in mediolano vntur ipso.

¶ Betonica vero est herba satis nota. Diasco. vocat ipsam betonicam. Serap. in. c. de betonica dicit plurimū quō ex ea administratur sunt folia. Galenus in septimo simplicium dicit cestrum latine dicit betonica. Macer. ait. Betonica soliti sunt cestrum dicere grece vtones in hispania eam que betonica dicit in gallia in Italia autem tem saryatula. a grecis cestrum dicitur. Auerois quinto col. ait alchifom que in latino dicitur betonica et in persica lingua berabuen.

¶ Fragaria herba est serena fraga. et granū ipsum sed Jo. Mat. siluaticū est granū acetosum: eius planta similitudo pentasiloni est: quapropter pl. in ca. de quinq; folio dicit. quinq; foliū fraga gignere: nō q̄ illud sit quinq; folium quo nos vrimur in medicina: sed ad eius similitudinem. s. a numero foliorū quinq; foliū appellat: apud nos vero fraga sunt fructus: qui quādo mature scūt rubicūdi efficiuntur: et satis noti sunt.

¶ Infra herba dicitur et abibi lucit et p̄z mar. silu. et herba adhibet laudat s. q̄ medet egritudinē oculoꝝ.

Sirupus de lupulis. **R.** succi lupulorū lib. ij. succi sumitere lib. j. purificentur succi et cū

U. iij. zuccari fiat sirupus.

¶ Hic sirupus apud nos non est in usu. Lupulus vero fm desue est species volubilis et est habens folia similia citrulo cur' flos est sicut ampulle adherentes ipsa vero planta dicitur reces in pum' cipio ortus sui comedit' cum ipsi. Petr' de crescentis dicit humulus. i. leuertigo flos eius propter siccatone' maximam suam seruat' per longissimum tempus in virtute sua: ita q' vulgaris opinio est q' nunq' putrescat. et est acuti odoris. et fortis: hec apud nos in hortis reperitur.

Sirupus de buglossa. R. succi buglosse succi boraginis an. li. ij. succi pomorum dulcium li. j. folliculorum sene. 3. iij. croci. 3. ij. folliculi sene et croc' ponant' in infusione per die' et nocte' in parū aq': et cū illa infusione fiat decoctio: et cū succo et li. iij. zuccari fiat sirupus fm artem.

¶ Hic sirup' in usu non est apud nos. buglossa vero herba est satis nota. Gale in. vi. simpl. dicit lisen althaur. i. lingua bonis. 3. ii. ait buglossa a grecis dicta eo q' folia asperrima ad modū lingue bouis habeat. Auic. in. ii. canoñ. de ea loquitur in tribus locis. videlicet in cap. de chenzanguen. et in. c. de lingua bonis: et in ca. de maru. et fm quosdam habetur opinio q' ipse Aui. non cognouit veram buglossam.

Sirupus de succo endiuie. R. succi endiuie depurati lib. viij. zuccari tarbarzet lib. v. j. fiat sirupus fm artem.

¶ Hic sirupus apud omnes generaliter est in usu: et mihi q' descriptio sua ab auctoribus a uentis non repertur: unde qñ doctor ordinat sirupū de endiuia simplr de isto semper intelligitur. et est sirupus de endiuia simplex vel sirupus de succo endiuie. supra postre fuerunt due descriptiones: sed sunt descriptiones sirupū de endiuia compositi.

Sirup' rosar' ex infusione rosarū siccarū. R. infusions rosarū siccarū zuccari an. li. ij. coq' tur et colet': et fiat sirupus fm artem.

¶ Modus aut' faciēdi infusione' rosarū siccarū est sicut fit ex rosis viridib': cuius descriptione' ipsius supra posuit: et scias q' etiā ista descriptio. aliquid vtmur in raro. si esset aliquis qui vellet facere sirupū rosarū solum: videret descriptionem suā apud Aui. in. ii. can. in sen. 3. ij. in. c. de solutiō: sed non est in usu.

Rob de ribes. R. succi ribes lib. x. decoquatur cū facilitate vsq' dū consumat' tertia ipsi' deinde colet' et dimittat' residere vsq' dū clarifcat: deinde coquatur cum multa facilitate in vase vitreo vsq' dum habeat spissitudinem: aut exponat' soli vsq' dū pinguescat et conseruetur.

¶ Rob vero apud arabes est succ' cuiuslibet fructus coctus ad spissitudinē vt seruari possit. Aui. in. v. can. in vj. tractatu ponit differentia q' est inter sirupū et robur: et ait q' sirupi sunt decoctiones et succi inspissati cū dulcedine: et robur sunt succi inspissati per seipsos. Gale in lib. secretorum in ca. de freneli. et tussi sicca et febre cōclusa ait coagulatum et est rob: tamen scias qñ simpliciter reperitur rob intelligitur multum coctum.

¶ Ribes fm Sera est plāta habēs capriculos recentes rubescens ad viriditatem tendēs: in fine ca. ait. et putantur aliq' medicorū q' sit illa quā nos nosam' acetosam i. lapa ciū: et putantur aliq' q' ipsa sit grand' acetosum qd' defert' ex corascenti: et Sul. pla. ait ribes i. acetosavel acetosella qd' non credit: nā aliud est ribes aliud est acetosarum: est q' ambe vidēt' habere eandē virtutē: sed non sunt eodē. Aui. in. ij. can. in co. de ribes ait. apert' et virt'

acetosatio citri agrestis. et fit in bamales sirupus de ribes qui defertur ad nos et vtmur ipso.

Rob de agresta modus eius est sicut rob de ribes: sed in usu non est.

Rob de cornibus valens sicut rob de agresta. R. succi cornium. et proprie quib' est mediatio inter maturitatem et acerbitatem. et opatio eius est sicut rob de ribes.

¶ Cornu est fruct' similis oliue: sed oblongi' apud nos in hortis nascit. hoc apud Diasc. vocat' carnea arbor. i. comea: semen h'z ille. oliue sed paulo oblongius et virtus: qd' cū maturū fuerit obuiat' coloris est: existimat' quidā q' iste sit fructus quia pnd Aui. in. ij. can. vocat' marā. Quidam metha primo ait. Cornu que et in duris heretia mora rubetio. et Virgilius. Uicū in felice' baccas lapidosa q' corna dant rami.

Rob de sumac non est in usu cum musci. 3. j. partes duas ambre camphore ana. aure. 5. R. trocisci et sigillantur.

¶ Sumach fm Aui. aliud est corascenti: et aliud est sen minus corascento rubescit: lentis similitudinē habens: et est cōueniens ei cui cōueniunt aca'cia et rosa etc. Serca. de sumach dicit ex auctoritate Dia. sumach sunt quidam qui noiant' ipm ad iratio et est sumach cib' in arabico est planta que de ros barfodisticos et est in arabico sumach corioli: si est arbor nascēs in locis saxosis cui' longitudo est duorum brachiorū: folia habens ablonga quorū color vergit ad rubedinē sanguinis: grana h'z in magnitudine lentisci aliquātulum lata in uamentū ei' in cortice granorū. Gal. melius qd' est in tota arbore est cortex gran' eius et succus eius: fm circa instās ei' granum per quatuor annos seruat'.

Rob de moris sceni. id est moris celsi non est in usu.

¶ Sectioni de sirupis et robur fm intentionē diuī desue et aliorū doctorū hoc loco sine imponimus. veram' modo si rmonem nostrum in sectionem de decoctionib'. Illuminet igitur sensus et corda nostra ille qui est lux veritas et vita.

¶ De decoctionibus fm dñm desue et alios doctorū. **Decoctio capillorū vene.** R. desue in suo antidotario. R. ca. vene. 3. j. fumiterre. 3. j. lupuli violar' siccar' an. 3. viij. prunorū nūero xl. iuiubarū nūero. xx. coquāti li. ij. aq' cū facilitate vsq' dū redeat ad li. j. et pice i ea cassie fistule mūdare a cortice suo. 3. ij. tamarin. 3. ij. siracost. 3. j. reubarbari boni. 3. ij. fricetur manibus et coletur et propinetur ius in mane. et quandoq' ponitur loco aque feri capri iii. i. aque lactis vel casei lib. iij.

¶ Decoctio vero est ha'pōzima diuersarū medicinarū scilicet aqua iniqua medicis coquuntur. idem in capillorū humida habet' vnam altam descriptionem. sed non est idem in sine decoctionis dicit et si volueris accipere ex hac decoctione lib. ij. et cum methues. i. vino cocto et zuccari. 3. x. fiat sirupus et per ista verba que dicit desue existimat' quidam q' ex illa decoctione pot fieri sirupus de capillo veneris.

¶ Capillus veneris apud Aui. in. ij. cano. vocat' bescegna' scem et dicit q' est couandrum putei. et perlice est bescegna' scē. et siriacē est capillus porcinus: et arabice est capillus algul. Zlido. dicit capillum veneris vocatum siue q' eleasos post alopiam capillos recreat: vel q' capillorū fluores coerceat: vel q' sit virgulis nigris leuib' cū splēdore quasi capillitius spēs. secundū modernorū

opinione sunt troc. capillus veneris qui satis est notus: politricum quod herba est que in putria reperitur: adiantum quod similitudine habet capillorum veneris: et hec in tra fossa reperitur: et sic iste tres species in virtute differunt parum ab invicem.

¶ Ciracost est spes manne sicut apparet apud Aul. in li. cañ. in. c. de mana. et dicit quidam sapientes quod ciracost est deterior alijs speciebus manne.

Decoctio de epithimo fm Rafim in. ix. al man. i. c. de melacolia. R. mira. indo. 3. r. popodij. 3. v. sene. ix. turbitb. 3. iiij. sicados. 3. r. passularu enucleataru. 3. r. epithimi cret. 3. r. oia excepto epithimo in tribus libris aq coquenda sunt donec ad vna lib. et mediaz redeat: et cu hoc factu fuerit: addat epithimu et ilico ab igne remoueat et dimittant donec ifrigidari ceperint: cuqz ifrigidata fue rint manibz fricata colent et v sui reseruetur.

¶ Hec decoctio de epithimo fm aliquos est illa de qua intellexit Raf. in hoc. ix. c. de emoroidibz et fistulis et raga dñs in fine cōfectiois de scoria ferri cu dixit: cōficiat cu apozimate emblicoz: sic in. c. de m'ia noiam? sed si dñs coi. derem? ista nō est apozima emblicozum: de quo Ralis intelligit: qz ibi nō ingrediunt emblici veru poti' apozima de q intelligere debem? est illa q ponit a Ra. in fine dicti. c. de m'ia. in descript. et qz l'ificatio in qua ingrediunt mira. chebul: et emblici hoc modo. R. mira. chebu. embli. añ. numero. xx. terantur: et in tribus libris aq coquant donec ad vna redeat et colent. et pfecto de isto apozimate intelligere debem? vt volūt sapiētes. et cū ponere in dicta cōfectione de scoria ferri et nō decoctione de epithimo q nō cōuenit. et in casu: qz in declaratione dicte cōfectionis: dictū sit debere intelligi decoctionem de epithimo superius scriptam.

Decoctio cois fm magistrū Pet. de tuffi gnana i. c. de paralefi: tremore tortura et spafino de repletiōe. R. ordei. 3. iiij. prunorum numero. xij. liq. titie. tamarindozū anisi fenicū. añ. 3. 5. aq. li. iiij. bulliat simul vsqz ad cōsumptionē tertie partis lēto igne et conseruetur.

¶ Hec decoctio apud nos est multū in vsu: sed sunt ex hoibus q faciūt ipsam per aliā fm voluntatē doctorū: et si fm istā descriptionē facere volueris addant in fine de coctiois iā dicte buglosse et boraginis añ. parū: et vsu reserua: et quāto recētio: tāto melior: in ampulis de vitro meli' cōserua. 3. dicit q ampulla est dicta quasi ampulla bulla. si sit est cū in rotunditate bullis q ex spumis quarum sunt: atqz ita inflantur vento.

Decoctio pectoralis fm Bart. mōtagnanā in suo antidotario. R. caricarū pinguiū. i. sicnū siccarū. 3. vj. dactilorū pinguiū. v. numero prañij. 3. j. seminis apij feniculi. passularū. capillorū veneris isopi liquiritie añ. 3. v. coquant oia in li. xiiij. aq vsqz ad cōsumptionē medietatis. et coletur: et fiat decoctio.

¶ Hec decoctio fit ex varijs interioribz sunt qdā q faciūt ipsam magistraliter: et sunt quidā quibz iunt ipsam fm aliā descriptionē sicut est intentio m. doctorum

¶ De trociscis secundum sententiam domini Desue et aliorum doctorum.



Confectio galie musca. R. xilaloes crudi boni et electi. 3. v. jambre. 3. tres

musci boni. 3. j. glutinis draganti. 3. j. gummi draganti et aque rose. q. s. ad miscēdū ea fiant troc. similes folijs mirthe et sigillenf et reponant in vase vitri: et administrantur. et apud alios dissoluat ambra in vase vitreo cu oleo de bē. pauco: et cōficiant cetera cu eo.

¶ Hec cōfectio apud apothecarios est multū in vsu et maxime fm istā descript. et dixerūt sapiētes q ista descriptio bz ponit in cōfectionibz ac electuaris q sunt ex auctoutate ipsius Desue sic in suo antidotario bz aliā descript. cōfectionis galie muscate q etiā est in vsu: et sapiētes dixerūt q etiā fm illā descript. bz fieri et administrari in cōfectionibz ac alijs que sunt ex auctoutate sic sunt ex hominibus qui vocant trociscos de gallia muscata Desue et dicunt q gallia dicitur a quadam proe uincia sic nominata. Sull. placen. inquit gallia dicitur a quadam herba q gallia odorifera appellatur. Ser. de gallia cap. facit: et dicit q est fuch. Ralis in nono almāsous describit trociscos muscates sed non sunt idem de quibus infra.

¶ Trociscus aut dicitur a trocos qd est rota: qz trociscus est factus ad modū rote. Simon. ian. inquit trociscus dicitur a trocos. grece qd est rota vel aliqd simile rotundū. Desue dicit q fiant troc. similes folijs mirthi. hodierni apothecarij nō faciūt ipsos illo modo: sed faciūt ad modū rote curētis vt est notū. Desue dicit q p'dicti troc. de bēt sigillari. liber aut qd bē bulchalam in tra. c. h. docet modū faciēdi sigillū quo sigillantur trocisci et fit sigillū ex ligno ebani aut burri aut eboris aut alterius rei.

¶ Oleū de ben. i. de granis ben. quod vocat balaminū et non mucellum vt quidam putauerunt: eius faciēdi modum ponit Desue. de quo infra.

Confectio galie sebelline. R. foliorū rosarū recentinū et humidarū q iā incipiūt reserare nodos. 3. j. r. 5. terant contritione vltima in mortario lapideo. deinde pūciant sup illas ligni aloes boni et electi gariofilozū gummi spice inde añ. 3. j. r. 5. sand. citrini. 3. ij. ramich 3. ij. terant sicut archol et terant cu rosis et humectent cu modico aque rosarū infusione gummi arabici et iterū terant deinde iterum et humectentur et terantur et hoc fiat per diem vnum. vltimo vero aromatizetur.

¶ Confectio galie sebelline non est in vsu tamen ingreditur in cōfectione aromati nardi. sed loco eius sunt qui ponunt galliam muscatam.

Confectio galie alefangine et est ei' inter p' tatio de aromatibz. et est illa de qua antiqui cōsiderāt: et de qua plurimū loquant. R. mirabolanzū emblicoz abiectis ossibz. 3. iiij. cōterant et tritide grossa: et ponant in vase vitreo fundat super eos aq rosate bone et electe infusionis rosarū siccatū et corticū citroz li. 3. et strigat os vasis et dimittat p dies tres: deinde fundant in eis aq p'dicte infusiois. 3. iiij. et in crastinū fiat sicut vsqz quo emblicozū virtus in qua impressa sit. tūc vero. R. ligni aloes boni. 3. viij. ramich. 3. j. 5. rosarū. 3. r. gari. 3. r. spice ide. 3. iiij. sandali citrini aromati. 3. iiij. gummi arab. 3. vj. terantur omnia.

sicut alcohol. i. subtiliter sicut sunt aabob
mi solares 2 fundat sup ea paz succi infusio
bis predictae emblicorum: 2 terant euz eo vsq
du totu in eo paulatim fundatur. vltimo ve
ro aromatizetur cum. 3. j. capbore 2 ambre.
3. ij. musci boni. 3. ij. fiant inde trocisci 2 sigil
lentur sicut diximus 2 ponantur in vase vi
treato 2 administrantur.

¶ Hec cofectio istius gallic fm intentione Mesue eius
interpretatio est de aromatib* que apud nos est in vsu.
Liber qui dicitur bulchasha docet modu faciendi troc.
de gallia 2 inquit. si vis facere troc. alios de such. i. gal
lia. sed non sunt idem. infra ait. quando autē transuerit
super eos annus erit gallia bona. 2 quāto amplius tē
pus habuerit tanto erit gallia melior: 2 gallic quatuor
sunt spēs scz gallia ex musco 2 gallia ex ventribus 2 ex
corio 2 ex aqua operatio gallic ex musco est illa quam
dixi: 2 iterabo operationē eius breuiter qñ ramich fue
rit siccu 2 est q accipias ex musco 2 teras ipsum per se
2 teras ramich per se 2 criba cū cribro mediocri 2 pro
fic super ipm mu. 2 malaxa in vase qd arabice dicitur
salachia cū oleo de cheiri aut zabarb. 2 fac trociscos et
existimant quidam sapientes qd isti trocisci sunt illud
quod nos zebeth vocamus. Simon ianue. inquit in li
tera gallia muscata dicebat iudeus vocari zebeth arabi
ce nos feneram vocamus.

Cofectio trociscorum diarodō. R. folioꝝ ro
sarū rubearū. aur. vj. spice aromaticæ. i. nar
di aur. ij. liquiritie au. ij. ligni aloes aur. ij. spo
dij. aur. j. croci. aur. j. masticiæ. 3. ij. confice cū
vino albo 2 fiant inde trocisci.

¶ Trocisci diarodon fm Mat. fil. sunt trocisci de rosia.
th fm intentionem Mesue aliud sunt troc. dia rodon: et
aliud sunt troc. de rosia: vt apparebit quod ipse Mesue
aliā descriptionē facit 2 de hac debent fieri due descri
ptiones quarū vna est istā dñi Mesue que solū d3 admi
nistrari in suis cofectionibus vt est in diarodon. 2 in ele
ctuario de gēmis 2 in alijs. Alia hō descriptio est ex au
toritate p̄ic. 2 illa d3 administrari in suis cofectioib*
vt docet ipse Auic. in. v. cañ. h3 trociscos de rosia nomi
natos diarodon: sed non sunt in vsu.

Cofectio trocif. de rosia. R. folioꝝ rosa
rum. 3. x. liquiritie. 3. v. spice aromaticæ. i. nar
di. 3. ij. 5. cofice cū vino albo. 2 si laxatiuū face
re volueris adde scamonee. 3. ii. ij. 2 reseruē.

¶ Isti troc. sunt illi quib* nos vtimur: idē inferi* habet
vnam altā descriptionē: sed hec est nobilior illa. Aut. in
v. cano. h3 multas descriptiones quarum prima descri
ptio est de rosia vniuersalis. secūda est de rosia asclepia
dis. tertia est de rosia cū scamonea. 2 iste ecclē sunt cum
illis dñi Mes. addēdo scamonea: vt dicit ipse: aliū faciūt
cū spodio. aliū cū spica 2 sic de singulis. h3 nō sunt in vsu.
Rasis in nono alman. in. c. de his que cōsistant stoma
chum 2 ciborum periculis digestionē habet vñā altā
descriptionē. 2 in. x. alman. in. c. de quotidiana que voca
tur stigmatica habet vñā aliā descriptionē quam nomi
nat de rosia completis. sed non est in vsu.

Cofectio trocif. de rosia 2 de eupatorio. R.
folioꝝ rosarū. 3. v. ij. spice. 3. ij. raued seni
id est reubar. 3. ii. ij. spodij. 3. j. liquiritie. 3. ij.
5. succi eupatorio. 3. x. fiant trocisci cum tere
niabin. id est manna.

¶ Hec descriptio istorū trociscorū de rosia 2 de eupato
rio apud nos est multū in vsu. rosa flos est satis notus.

plū. ait. Rosa nascitur sp̄ ina verius q̄ fructice in cibo
quoq̄ proueniēs: illic enā iocūdi odoris quāuis augu
sti fm circa instans rosa sicca 2 viridis cōpetit vsui me
dicine. 2 est magne efficacie: spēs autē rose sunt multe:
nā est rosa asini que neremich dicitur siue peonia. 2 est rosa
regia. i. naphisagria 2 est rosa vinee. i. flos spine 2 albe.
2 est rosa zamen. i. maluanisci. 2 est rosa perlica. i. rubes
qm̄ a perlia habuit ortum: 2 est rosa canina. i. planta
in cui* ra dice nascitur fungus: ex quo fit ipoquistidos.
2 est rosa marina que apud quosdam corona montus il
ue rous marini dicitur. 2 sic de singulis.

Trocisci de rosia. R. rosa. 3. ii. ij. ligni aloes.
3. ij. masticiæ. 3. j. 5. absinthij. spice. i. nardi ci
namomi cassie. lignee florum squinantī. añ.
3. j. fac troci. 3. ij. cum vino antiquo 2 aqua de
coctionis radicū.

¶ Ista vero descriptio apud nos est in vsu. illā qua vti
mur supra scripsi. Mesue inquit q̄ predicti trocisci de
bent fieri cū vino 2 aq̄ decoctiois radicū. sed nō specifi
canq̄ sint illaradicō debēt poni. sed sapientes credunt q̄
qm̄ simplr reperit radicū intelligit de quinq̄ q̄ sunt pro
prie iste. i. feniculi apq̄: brusci: petroselinī 2 sparagi. 2 sic
iste quinq̄ radices debēt bullire in aqua: 2 de illa aqua
que erit decoctio debent fieri predicti trocisci.

Sucabalertif. 2 est gallia magna siue rega
lis. R. succi albelach lib. j. bulliat ebullitiōe
vna: deinde coletur 2 projiciat sup ipm gal
larū recentiu contritarū cōtritione vltima.
3. ij. 2 bulliat donec fiat sicut mel currēs. de
inde. R. folioꝝ rosarū. 3. 5. cardamomi lino
gue autis. i. seminis fraxini garo filorū nucis
muscate. masti. ligni aloes. añ. 3. v. ij. 5. darfe
ni. 3. ij. sandali. mahazari. i. citrini. 3. v. croci.
3. 5. gummi arabi. 3. j. terant 2 cribellētur et
misce cū predictis 2 expande super marmore
inuncto oleo amgdalarū donec siccetur. de
inde puluerizetur sicut alcohol: 2 aromatize
tur cū musci aur. 5. deinde cū aqua rosata fiat
troc. subtiles 2 siccantur in ymbra.

¶ Hec descriptio istius gallic nō est in vsu fm intētionē
Mesue est gallia magna siue regal. i. imperialis.
¶ Albelach fm multos sunt dactili immaturi. Supra
posui sirupū de albelach 2 ibi ostēdi q̄ Aut. in. ij. cano.
in. c. de gallia inquit. gallia vera est sima facta ex embli
cis: nūc autē qm̄ illud est difficile sumitur pondus ipso
rum de gallis 2 albellam qd est albelach vt dicit genti
lio: 2 sunt proprie dactili immaturi.
¶ Darfeni est cinamomum grossum. sed lumen apothē
cariorum vel verius tenebra exponit q̄ est cinamomū
electum quod non est: sicut ostensum fuit supra in con
fectione de cinamomo.

**Cofectio ramiche que est medicina cōposi
ta: 2 recipit in alijs medicinis.** R. succi her
be acetose. 3. xvj. bulliat ebullitione vna cuz
3. j. rosarū. 2. 3. ij. granorū mirtilorū 2 colef
2 misce cū eo gallarū recentiu 2 humidarū
tritarū vltima cōtritione. 3. ij. 2 coqua ad
buc: deinde puluerizetur sup ea folioꝝ rosa
rum. 3. j. sandali mahazari. i. citrim. 3. j. 2 q̄r
ta. 3. ij. gummi arabici. 3. j. 5. carniū sumach. i.
rozis siriaci spodij. añ. 3. vij. succi agreste. 3.

vij. succi granorū mirti tritorū cōtritione vl
tina. 3. iij. ligni aloes garioflorū macis vl
cis muscate añ. 3. iij. inuoluant oīa simul: et
expande in scutella lapidea vsq; dū siccētur.
Deinde tere sicut alchoel. i. subtilr sicut atbo
mi solis: 2 cū camphore aur. j. 7 aqua rosata
fac trocis. subtiles 7 ericca in ymbria: 7 apud
alios loco succi acetose ponit succi citoniorū
acetolorū immaturoū tantū dez: 7 qdā sunt
qui aromatizant cum musci. 5. vni⁹ quarta.

¶ Hec confectio ramich seu trociscade ramich 7 apud
nos est multū in vsu: 7 tūtur multū in alijs confectio-
nibus sed descriptiones ipsius sunt diuerse fm diuer-
tate medicorū. nā eius descriptio reperitur etiam apud
Sera. in suis simplicibus qui sic ait. ramich est gallia
seu materia ex q̄ sit gallia. 7 dicit q̄ accipitur ex mltis
specieb⁹ 7 aliqñ accipit ex dactilis unmaturo: 7 aliqñ
accipitur ex gallis. 7 aliqñ accipitur ex corticibus gra-
natorū 7 ex herbis asperis. 7 oēs spēs eius sunt frigide
7 sūptice 7 ipsum est radix such. i. gallie 7c inferius do-
cet modū faciēdi: sed nō est similis isti. Desue. liber qui
d: albuchalis in tractatu. secūdo h3 vnā aliam deser-
ptionē que fit ex passula bonis rubeis 7 alijs sed nō sit.
noñio: vero omnium est hec. d. Desue.

¶ Desue inquit succi herbe acetose. i. la pacij a cuti: qui
dam crediderunt q̄ esset ribes: sed non est: illi aut habere
turozum ad pondus eorum.

Trocisci de camphora. R. foliorū rosarum
3. iij. spodi. 3. ij. sandalo. citri. 3. ij. 5. croci. 3.
j. liquiritie. 3. ij. seminis citruli melonis cu-
cumeris: 7 cucurbite: dragaganti. gummi. s.
gummi ara. spice ana. 5. j. ligni aloes. carda-
momi. amili. i. amidi camphore. añ. 3. j. par-
tes duas. s. 3. ij. succari tabarjed. i. albi. 7 ter-
reniabin. i. manne. añ. 3. iij. confice cum mus-
scillagine psily. 7 aqua rosata.

¶ Hi trocisci apud nos sunt in vsu: 7 maxime fm istaz
descriptionē. An. in. v. cañ. h3 qñq; descriptōes: sed nō
vtimur illis etiā Rasis in. x. almansois in. c. de febre ethi-
ca habet vnā aliā descriptionē. sed non est in vsu.

¶ Camphora fm Auic. 7 Sera. est gummi arboris sed
Sera. de ipsa melius loquitur dicens: q̄ camphora est
gummi arboris nascens in partibus illis: 7 est gummi
maculati coloris rubri: 7 lignū eius est album tenerum
quasi velut fieri nigrū: 7 camphora reperitur in corde li-
gni arboris in petijs ligni q̄ sunt ibi intus extēse. Auer-
rois in quinto colliget dicit ambra est vna ex speciebus
camphore que oritur in fontibus maris.

¶ Modus faciēdi muscillaginē psily qd̄ est semen fa-
ctum ad modū pulcra oportet q̄ accipiat psilium 7
mundet a foridib⁹ suis in pondere lib. j. 7 postea ponant
supra ipsum aque calide lib. iij. aut minus. fm q̄ tu vo-
lueris magis vel minus pingue muscillaginē: 7 dimitte
per noctē: in mane vero calcificias parū predictū psiliū
cū aqua: post hoc pone ipsum in pecia: vel sacculo ex re-
la lini fortis noua 7 grossa 7 stringe os suū cū ligamen-
to fortiter. ne aliquid de psilio labatet extra deinde for-
titer exprimat tantum q̄ ibi nihil de muscillagine re-
maneat 7 vtere vbi oportet.

Trocisci de Reubarbaro. R. ramed boni. i.
reubarbari. 3. x. succi eupatorij. 3. iij. rosarū.
añ. i. ij. spice anisi rubee tinctorū seminis apij:
absinthij allari añ. 3. j. amigdarū amaraz

3. iij. 7 fiant troc. aur. j.

¶ Hi trocisci apud nos sunt multum in vsu. 7 maxime
fm istā descriptionē. An. in. v. cañ. h3 vnā aliam deser-
ptionem que quasi idē est. Rasis in. x. Almansois in. c.
de dolore epatis habet troc. de rauced. i. de reubarbaro:
sed non sunt in vsu. Desue. nō ponit cū quo liquore de-
beant fieri isti trocisci sed fm quosdam debent componi
cum succo de eupatorio: 7 sic conficiuntur.

Trocisci de spodio. R. spodi. 3. iij. rosarū
rubeaz. 3. vj. seminis portulace: succi ligri-
añ. 3. ij. 7 confice cū mucillagine psily. 7 fac troci-
scos. 3. j. 7 da cū succo mali granati. 7 alijs ad-
diderunt quatuor: seminum gummi arabi.
dragaganti croci. ana. 3. j. 5.

¶ Hi trocisci sunt in vsu: 7 maxime fm istā descriptio-
nem ipse mesue dicit q̄ debēt fieri predicti trocisci ex il-
lis quatuor rebus. inferius vero ait q̄ alijs addiderunt
quatuor semina. i. quatuor semina communta frigida
matorā: gummi ara. dragagantū 7 crocū: 7 sic debēt fie-
ri. q̄ sunt multe effica etc. An. in. v. cañ. habet vnā de-
scriptionem: 7 dicit troci. de spodio cum terreniabin 7
sunt quasi idē. 7 Rasis in. x. almansois in. c. de fluxu ven-
tris habet vnā aliam: 7 in. x. almansois in. c. de febre
bus ex quib⁹ accidit. frigus 7 calor similiter habet vnā
aliā: 7 in eodem tractatu in ca. de febre ethica h3 vnā
aliam: sed non sunt in vsu.

¶ Spodiū fm An. in. ij. cañ. est radix cannarū adustā:
rum. Auer. aut in. v. colliget dicit tamen basir. i. spodiū
carbo est nodosū arundinū adustarū. nos vero loco spo-
diū vtimur osse elephantis cōbustū: de quo circa instā
ait spodiū os est elephantis cōbustū: elephas habet os-
sa solida vt sunt dentes 7 illa nō cōburentur: sed ad di-
uersa officia 7 artificia seruantur: fophylli canitur sepe
ex radice cuiusdā canne cōbustū: qñq; ex ossibus canis
cōbustis. qñq; ex marmore cōbustū sed hoc nimis pōde-
rosū est. vn̄ elgēdū est subalidū 7 valde leue 7 gros-
sum: q̄ in puluere facile adliteratur 7 vix cognoscitur.

Trocisci de spodio cū seie acetose. R. rosarū
rubeaz. 3. xij. spodi. 3. x. semis acetose. 3. vj.
se. portulace. seis coriandroꝝ infusoz in ace-
to 7 torefactorū 7 pulpe samach. añ. 3. ij. 5.
amili affi. balanharū berberorū añ. 3. ij. gū-
mi ara. affi. 3. j. 5. confice cū succo agreste.

¶ Hi troc. etiā in vsu sunt. Hicē. in. v. cañ. habet troc.
de spodio cum saie acetose: sed idem non sunt.

¶ Coriandrū est semē satis notū. Infusorū in acetō. i. pre-
paratorū. mod⁹ torefaciēdi coriandrū opz calefacere pa-
rellā ad ignē. deinde supra semē coriandri ponat: 7 cū
aliquo instrumēto misceat: 7 hoc facias tantū q̄ sit be-
ne torefactum: 7 vtere vbi oportet.

¶ Gūmi ara fm Sera. ex auctoritate Dia. est gūmi qd̄ re-
perit sup arborē acati sicut alie spēs gūmi: 7 meli⁹ ex eo
est illud qd̄ est ex hac arborē qd̄ est simile kmiculo in fi-
gura sua color et⁹ sicut vitrū clarū: 7 nō h3 lignū. Mo-
dū assandi ipm docet li. q̄ d: bulchalis in tra. ij. 7 ei⁹ mo-
dus iste est. accipiat gūmi arabi. 7 frangat in frustra ad
magnitudinē drobi. deinde accipiat patella 7 calefat 7
auferat ab igne 7 ponat sup ea gūmi ara. 7 misceat bñ
line intermissiōe donec albescat: 7 si nō albescit prima
vice fiat iterū vt prius donec fiat albū: eodē mō de dra-
gaganto ac gummi amigdarū dicendum succi.

Trocisci de berberis. R. berbe. aut succi eorū
spodij succi ligritie 7 seis portulac. añ. 3. ij. ro-
sa. 3. vj. spi. croci amili. i. amidi dragaganti
ana. 3. j. semi. citruli. 3. ij. cāphore. 3. j. confice
cum terreniabin. i. manna.

¶ Hi troc. apud nos sunt in vsu maxime fm istā descriptio-

prione: q; idē inferius describit vnā aliā descriptio. sed ista est nobilior. Auicē in. v. ca. habet septē descriptioes que in vsu nō sunt. etiā, Ras. in. jr. alman. in. c. de dolore epatis habet vnā aliā descriptio. que nō est in vsu.

¶ Berberi apud Auicē. in. h. c. notatur amiberberis: et apud Dia. vocatur ortia chātōs. i. spina acuta: et est arbor: que in partibus nostris iuxta aquas nascitur. eius fructus expumit. et fit ex eo vinuz qd apud herbatos dicitur de crispino etiā apud modernos ex succo ipsius fit licia: et fm multos hec ē arbor: mali granati siluestris que a Ser. darisahan vocat. Sapientes hnt. p. secreto.

¶ Citrus est cucumer cut? forma longior: et maior est nfo: et sunt qui loco ei? ponit semi. cucumeris vsualis: ille nō q de nouo scripsit dicit semi. citruli añ. 3. ij. 5. ille textus hui? tenebit est falsus: nā regula est inter medicos ac apothecarios q ana significat duas vel plures res esse acceptas: sed hic nō intelligitur nisi semen citruli: quapropter illa dictio ana non conuenit.

Trocisci de absinthio. R. ros. absinthij: anisi ana. 3. ij. raue. i. reubarbari. succi eupatorij assari apij. amig. amar. spice masticiis. et folij añ. 3. j. fac troc. cum suc. endi.

¶ Isti troci. in vsu sunt et maxime fm istā descriptioes. Auicē. in. v. ca. habet duas descriptioes: sed nulla earum est eadem hui.

¶ Absinthij fm Dia. est notū: cuius pbabilis est ponticu et capadocia nascens in montibus vnde nomē accepit a terra infra habetur due alie species. pli. dicit plura sunt et? genera sandonicū appellatur a ciuitate galie: ponticu? i. pōto: vbi pecora illo pinguescunt: et ob id sine felle reperitur: neq; aliud presātus multū italico amarugo: sed medulla pōtici dulcis sed illud absinthij: quod hic intendimus est absinthij ponticum vel romanum vel cōmune quod satis est notum.

¶ Folium. i. malabari strarō inuenitur: s; loco eius ponimus macem aliquando spicam.

Trocisci de eupatorio. R. tereniabin. i. māne succi eupatorij añ. 3. j. rosarum. 3. 5. spice. i. nardi. 3. ij. raue. i. rebar. assari. i. assare bacare anisi ana. 3. ij. 5. spodij. 3. ij. 5. factroc. cū succo herbarum.

¶ Isti troci. sunt in vsu. Eupatorij vero fm Suil. placē. et circa instans est salua agrestis: sed hoc videtur alterum a snia Dia. nā dicit ipse eupatorij vocat greci radicem agrimoniceo q diuretica sit valde. etiā fm eūdem marubij quidā eupatorij vocauerūt: s; moderni distulerunt per alias herbas. Gal. in. vj. simp. inquit castib. i. eupatorij: sed meli? est dicere gantib qd idē est. Def. inquit q predicti troci. debent fieri cū succo herbarū: sed non specificat cū quo succo herbarum fieri debeant. sed fm modernorū opinio. fieri debent cū succis qui sunt ex quatuor herbis. et sunt proprie ille que ingrediuntur descriptio. sirupi de bisantij. et sunt iste endiue: et apij. 3. j. lupuli et buglosse vel boza. 3. 5. et simul miscantur et fac troci. de eupato. et alios: et quādo non habemus predictos succos loco eius ponatur in siru. de bisantij.

Trocisci de aniso. R. ani. eupatorij añ. 3. ij. se. aneti: spice masti. folij. i. malabari absinthij. assari: apij: amig. ama. añ. 3. 5. aloes. f. suc. 3. ij. confice cum suc. absinthij et apij.

¶ Isti troci. sunt in vsu: et maxime fm istam descriptioem. Auicē. in. v. ca. not. habet vnā aliam descriptioem: que quasi eadem est.

Trocisci alij de aniso et sunt de decem medicinis. R. anisi. 3. iiij. masti. spice apij. absinthij romani assari. folij. añ. 3. 5. amigda. amara. 3. j. 5. aloes boni. 3. ij. succi eupat. 3. iiij. con-

fice cum decoctione absinthij.

¶ Isti troci. vrimur sub noie troc. de decē medicinis. et nominant de decē medicinis: q; ibi non ingrediunt nisi decem simplicia ad numerū. An. v. ca. h. quasi in si. habet troc. de decē medicinis. et idē sunt: oportet autem scire q qñ doctor simpliciter ordinat trociscos de aniso de prima descriptione intelligi oportet.

Trocisci de lacca. R. lacce mūde suc. liquiri. absinthij herbe. suc. eupat. raue. i. reubarbari aristolo. lon. costi. assari amigdala. amara rū. rubee tinctorum anisi apij. squinanti. añ. 3. j. fac. troc. de. 3. j.

¶ Isti tro. sunt in vsu maxime fm istam descriptioem. Auicē. in. v. ca. h. habet vnā aliam: sed eadem non est. Ras. in. jr. Alman. in. ca. de dolore epatis. habet vnā aliam: sed non vrimur illa.

¶ Lacca vero est gummi rubicundū quo tincture fiūt. arbor: eius est in arabia similis arbori vitre. dixerūt quidam sapientes q lacca non debet poni in medicina si abluta non fuerit: et eius modum abluendi ostendit supra in confectione dialace: et de predicta decoctioe posunt etiam fieri isti trocisci.

Trocisci de terra sigillata ex inuentione nostrā. R. sanguinis draconis gūmi ara. assari. ramich foliorū rosarū et seminū earū amili. ass. spodij. acatie. i. poquisti. lapidis ematit. balaustie. boli ar. terre sigilla. sebedenegi coralli. f. rubei charabe ana. 3. ij. margaritarū dragaganti papa. nigri ana. 3. j. 5. portulace. affico: rnu cerui adusti. thuris. galla. x. croci. ana. 3. ij. fiant troc. cum aqua arnoglose.

¶ Isti tro. sunt in vsu. Terra sigillata fm Dia. et Auicē. est terra rubea. sed hodie quidam videtur vnā alia que est albi coloris: sed nō est tante virtutis. Serap. in cap. de terra sigillata ait q est sigillum marinum: quidam sigillum lacce vocant.

¶ Semē rose fm plurimū est illud semen qd reperit in fructu cenos batu. Jo. ang. in ca. de fluxu ventris in febre inquit. authema id est semen rosarum.

¶ Sebedenegi fm Auicē. est semen arboris canapie. etiam Serap. in. c. de canape dicit sebedenegi est canapio. si autem reperitur scriptum secedenegi sine h. nō est idem: sed est lapis ematit. chusto de ho. super hoc passu dicit q sebedenegi est sum? terre: sed hoc mihi nō multum placet. quia si diceret sebedenegi bene esset sum us terre. sed compositor dicit sebedenegi qd est verum semen canapio. et sic debet poni.

Trocisci balandabal qui ponuntur in iera hermetis et in alijs confectionibus loco colloquintide. R. pulpe colloquintide albe et leuis et munde a grantis. 3. x. incidantur cum incisorio incisione conuenienti et fricentur cum. 3. j. olei rosati. deinde. R. dragaganti. gummi. bdellij. ana. 3. vj. infundantur cum aqua rosata per dies quatuor: et conficiantur colloquintida incisa cū glutino eorum et fiant inde tro. et exsiccent i vmbra. deinde iterū terant cōtritione bona: et iterū confice cū glutino eorum: et fiant tro. et administretur.

¶ Isti tro. sunt in vsu sub noie troci. alandahal. et sub noie tro. de colloquintida. et fm intētionē ipsius debet poni de terra hermetis et alijs cōfectionib? colloquintide: et sic

generaliter faciunt apothecarij.

¶ Gūmi. s. gūmi ara. quōdā crediderunt sed nō recte q̄ est gūmi bdellij. s. lachyrymū eius quod non est.

Trocisci de sandal. ℞. triū sandalozū. añ. 3. vij. spody semi. cucumeris cucurbite citruli portulace añ. 3. iiij. rosarū. s. rubearum. 3. vij. camphore. 3. j. berberoy aut succi eius. 3. vij. boliar. 3. iiij. confice cum aqua portulace.

¶ Hos troci. nos non habemus nec sunt valde in vsu. Mesue habet duas descriptiones: sed ista est illa qua magis vsitur.

¶ Sandalus fm ser. defertur ex sim. et est albū rubeū et citri. ū. et idē Sera. ex autoritate Isaac eden amrā inquit sandalū est lignū. qd defertur ex sim. et species eius sunt tres: scz album rubeū et citrinum. et omnes sandalū competūt vsui medicine: et sic hic per trium sandalozū de illis tribus intelligitur.

Trocisci de ciperis. ℞. zinzibe. seil. i. carda momi maioris nucis muscate: cubebe maioris gariofloy: gallic. s. muscate añ. aur. j. corticū citri masticis florū squinati: ciperi spice cinamomi embli. extremitatum mirthi añ. aure. ij. et in alio musci charates. ij. confice cum melle passu. et fiant.

¶ Isti trocif. sunt in vsu. ciperus fm modernozū sententiam est truncus triangularis in pratis ac iuxta fossos reperitur. Gale. in. vij. simpli. inquit. ciperi vitles maxime sunt radices. Circa instans in ca. de cipro ait. Est autē radix iunci triangularis qm in trāsmaritimis partib⁹ nascitur. eius radix cōpetit vsui medicine: per annū seruat. Haliab. aut in. iiij. pra. cti. scripsit suadū. p. cipro. Differētia aut magna est inter ciperū cupressum et ciperū: qz ciperus est truncus triangularis: cupressus est arbor et qua sunt capsule s. odorifere: et gerit fructū dicitur nux cupressi. Ciperus etiā est arbor q̄ apud arabes alchāna vocatur: vñ oleū de alchāna: grece hō vocat oleū ciperū. ¶ Charates vel charates siue chirat est pōdus sumptū a semine xilocara etc siue silica. Jsi. dicit silica vigesima pars solidi est ab arborē suū vocabulū tenens. Charates oboli pars media est habens siliquā vnam seminis. hinc latinitas semibolū vocat. charates autē grece latine l. l. qua conu interpretatur. nos verovocamus chi. et pondus quatuor granorum oidei.

Trocisci de capparibus. ℞. corticū capparis. seminis agni casti. añ. 3. vf. nigelle calamenti succi eupatorij. acori amigd. amararū nasturtij armoniaci foliozū ruthe aristo. rotunde añ. ij. ciperi scolopēdrie añ. 3. j. armoniacū dissoluatur in aceto et aliarū rerū puluis cōficiatur cum eo: sunt qui duplicant armoniacum et est melius.

¶ Isti trocif. apud nos sunt in vsu maxime fm istā descrip. Auicē. in. v. cañ. habet vñ aliā descrip. sed eadem nō est. sed vna descrip. que reperit apud rasim in. ix. almanso. in. c. de volo: e splenis: videt quasi esse eadem. ¶ Capparis fm circa instans cortices radices folia et flores cōpetunt vsui medicine debet colligi cortex in verbe. et in vmbria suspendi et desiccari vel etiā ad solē per sex annos in multa: effica cia seruat. Columella in libro de cultu hortorum ait. Capparis est trūl eo inule. serule que minacea.

Troci. de charabe. ℞. charabe añ. vf. cornu cerui adusti gūmi. s. ara. corali adusti dragagati acatie ipoquistidoa balauistic. masticis

lacee papa. nigri affi. añ. aur. ij. thuris troci opij. añ. 3. j. s. factrocif. cū muscilla. psilij.

¶ Isti troci. sunt in vsu. maxime fm istā descri. Rasis in. ix. almā. in ca. de mictu sanguinis et puris habet vnam aliam descrip. sed nō est in vsu apud nostros docto.

¶ Charabe vel cacabe est gūmi arboris fm Aui. et Sera. dicit haur romi. et fm Dia. est species populi arboris iuxta rhodanū sinuū nascētis fm Symonē ianuē. electrum est charabe. et est gūmi arboris dicit agiros apud Dia. et est species populi arboris. Jsi. in. c. de. pino dicit in si. huius arboris lachyryma electrū gignit. Barth. mō tagnana in cōlilio de regimine arboris vine per medicinā dicit. administratio est troci. de charabe et ppue illozū qui scribūtur nono almāfous allegato cap quozū descriptio hec est. R. charabe: gūmi arboris tremule est populus hic textus Bartho. nō videt securus: nam arbor tremula nō est popul⁹: sed arbor mali granati siluestris: vñ dicit Wat. si. charabe autem dicitur quasi rapens paleas.

¶ Coralis est arbor nascē in mari: et ei⁹ spēs fm Aui. sunt tres. s. albus rubens et niger: et modus cōbustionis ipsorū est: vt docet Bulcasis in tracta. j. et iste terantur corali grosso modo et ponātur in olla terrea et ponantur in furno per noctē: si bene cōburunt: bene est: si nō autē iterū ponātur donec comburātur et reseruentur.

Troci. de albechingi. ℞. gra. albechingi. 3. ij. seis citruli et albatheche cucurbite. añ. 3. ij. s. boli armeni gūmi arabici thuris: sanguinis draconis papaueris albi amigdala. amararū succi liquiritie dragaganti amilli granorū pini. añ. 3. vf. seminis apij: charabe boli insquiami opij añ. 3. ij. et fiat troci. da. 3. j. cum iuleb aut aqua mellis.

¶ Isti troci. sunt in vsu maxime fm istā descriptionē: et possunt fieri cū opio et sine opio fm voluntatē medicorū. Auicē. in. v. cañ. h. s. duas est descrip. tōe: sed nō sunt in vsu: etiā Rasis in lib. diuisionū in cura medicina: vine h. s. vñ aliā descriptionē que eadē nō est: nec est in vsu.

¶ Albechingi hō est spēs solari. sicut apparet apud Dia. in ca. de si rigno. et ipsa est sebā species strigini. s. solatri. eo granū inuenit in adā re silii vesice rubicundū: et est id qd a nostris rusticis hacho vulgariter dicit. Washabbas aut in illi. ca. de electione granatorū scripsit casquenegi pro albechengi. Symon ianuē. dicit qz trocif. diastalidos sunt troci. de albechengi: qd nō negot nec affirmo: sicut ostēsum fuit in filoantropos.

¶ Albathecha siue batheca: vt apud Auicē. in. ij. cañ. qd sit cōter ignoratur. Sui. lōbardus inquit. batheca est quedā species melonis. et sic est: ego existimo qz sit anguria et sine dubio sic est: sicut reperit apud Guatnerū in ca. de tertiana cōtinua: et eius cura: qui inquit. batheca est melon magnus qui a venetis vocat languria. Auicē. 3oar in capi. de saphar dicit. R. cucumerū. s. aracenoz. i. anguriarū. Symon ianuē dicit batheca arabica est melon magnus viridis qui a anguria a quibusdā dicitur. et sic est fm modernozū opinionem: eius semen vsui medicine competit.

¶ Bolus vel boli quidā falso putauerūt qd iste bolus nō debet hic ingredi: et dicit qz est bolus ara. qd inō creditur: nā supra in pdictis troci. h. s. R. boli armeni. et inferius iterū h. s. boli qd indicat qd idē nō sunt. Sapiētes hō exponūt qd boli sit terra rubea qua vñt carpētarij ad signandū ligna. Auicē. in. v. col. dicit balmogra. id est bolus cum quo singūtur muri seu parietes. Item aggregato: patariquis dicit bolus. i. sinopodia vel mōera lutum carpētariorum vel lutum pictorum: et sic est: et hec terra est quā antec. vocat macra et apud dia. multa sinopodia: et apud Serap. dicit sinopodia: et sic si lesio illa. c. videtis qz eadē sunt verū modernū loco ei⁹ ponunt terrā sigillatā rubēā: qz existimāt ipsāz esse speciem

Opio succus est papaveris nigri vt dictu fuit: predicti troc. possunt fieri cum opio 7 sine opio: si sine opio facere volueris non diminuatut ex illa descriptione nisi opium: 7 tunc dicuntur tro. de alehechengi line opio: 7 debent fieri cum aqua mellis.

Trocisci alchadico in practica Mesue in capitulo de polipo qui fit in narib. R. calcis non extincte arsenici citrini. añ. 3. ij. colcotar floris eris aluminis. scilz aluminis sament. añ. 3. j. gallarum chacie balaustie añ. 3. 5. tere ea in mortario eneo. id est eraminis cu aceto forti cōtritione vltima vsqz ad quinqz dies: deinde fiant ex eis tro. 7 conseruetur in vase vitreo in loco frigido.

¶ Isti troc. apud nos nō sunt in vsu. 3o. Serap. in cap. de alcola dicit calidico sunt troc. facti cu arsenico. 7 fm almanforē dicuntur achali. qd recipit th Mesue in sua descriptione nō habet chali. verū est qd vnā descriptione que reperitur apud Winū florē. ingreditur chali. de quo infra declarabo quid sit si deus voluerit.

¶ Calcis fm Aui. cē. in. si. canonis per calcem significat emercitas corporum lapidosorum 7 ostracorum natura. illa quidē quā nō tetigit aqua et illa quā aqua tetigit cōrmanet extincta duobz diebus aut tribz sic nō aduritur: imo calefacit: tamen abluta quidem est sicca 7c.

¶ Arsenicū fm Dia. nascitur in metallis vbi 7 sandarsa co verū optimum est: laiores laminas hīs: 7 aureū colore 7 venas separabiles a se vt se separari videātur mādum sine forditie. tale in helesponto nascitur cuius gha sunt duo: vnū est equale supradicto 7 aliud fuscū. apud Aui. sunt tria gha. salbz: citrini: 7 rubes: album vero fm modernorū opti. est arsenicum crystallinum. rubens est rezagala. citrinum est auripigmentum vsuale: 7 omnia tria nota sunt.

¶ Colcotar apud Aui. in. si. cā. in cap. de attramento est vitriolum citrinum: 7 ibi ponit quod species vitrioli sunt quatuor. scilz colcotar. i. citrinum. calca dīs. i. album calcanum. i. viride. alfurit. 7 rubcum. 3o. arculanus in cap. de febel dicit. colcotar vltum. id est vitriolum romanum et hoc est notum.

¶ Flos cris fm intētionem Simo. nō est viride eris: s; moderni generaliter loco floris eris ponunt viride cris. Ser. in ca. de ziniar. inquit ziniar. i. erugo eris siue viride: qd est. in ca. vero de cre. 7 que ex eo sunt docet modum faciēdi florem cris de quo infra in emplastro apostolico erit sermo.

tarides virtus habēt putrefactiua: sunt autē bone ad re-
positiōe in triticea segete colliguntur: que misse in vase
ficili: et desuper ligato panno imponunt supra cacabū
vbi acetum bulliat vt vapor acetū bullientis eodem in-
eluse necentur que postea lino inferuntur vel in vase nō
picato. i. vitreato reponuntur. meliores autem sunt varie
grosse et lōgiores: q̄ sup testā polite cōbuste virtutē habēt
stipitiā. Liber q̄ de bulchasilim idest seruitor: in tractatu
tertio docet formā colligēdi cātarides: et reponēdi eas: s̄
eius forma nō est. vt docet Dias. ipse vero loco acetū ponit
oleum vetus. Moderni vero ponunt acetū et nō oleum.

Unguentū de plūbo fm Leonar. de pda pa-
lea Paduanesez. i. c. de herisipila. **R.** plūbi
visti cū sulphure fm seruitore vncias duas. li-
targirij. \mathfrak{z} . ij. ceruse antimoniij. añ. \mathfrak{z} . j. olei ro-
sati quātum sufficit: fiat vnguentū molle.

Unguentū nō est in vsu maxime fm istam descri-
ptionem. Idem in ca. de cura cancri habet: idem in cap.
de vlcibus ambulatiuis habet idem. Sed vtraq; ab
istis differt. plumbum vero apud Auicē. vocatur alau-
nochy: et alhabar. vltimum vero cum sulfure fm seruitores
superius in quadam sic ostendi.

Unguentū de litargirio fm eum in capi. de
pruna et igne persico. **R.** pulueris litargirij.
 \mathfrak{z} . ij. ceruse. i. biache. \mathfrak{z} . j. olei rosa. et aceti añ.
quātum sufficit: fiat vnguentum in catia de-
coctum ad ignem: sed melius adhuc est vt
fiat in mortario sine decoctione.

Unguentū nō est in vsu maxime fm istam descri-
ptionem. Per. argillata in j. ca. de flegmone habet idem:
et est simile nisi q̄ deficit acetum. Rasis in. vij. Alms. in
ca. de his que vlcera cōsolidant: et in vlcibus multam
habentibus humorositatem carnem generant: et ipsorū
remouent humorositates: habet idem: sed nō est in vsu.
idem habet Guilielmus placentinus.

Litargirij fm Dia. est scoria argēt. idē est fm plū. et
vero species sunt multe: q̄ quedā species ei⁹ est que fit
ex plumbo: et quedā fit ex argento: et quedā fit ex auro: et
quedā ex eis est nigri coloris et quedā aurei: que quidez
melior est ceteris: nam vnguenta que sunt ex tali litar-
girio declinant ad albedinē: et sunt nobilissime bonita-
tis: sed si litargirium fuerit nigrum aut habens in se ali-
quid plumbi erit vnguentum quod fiet ex eo nigrum et
turpe: hoc est satis notum.

Unguentū diabution ibidem. R. miniu et
indicum et terram nigraz: de quibus tribus

pingunt pictores añ. \mathfrak{z} . j. olei. \mathfrak{z} . ij. salis cō-
munis bñ pistati. \mathfrak{z} . ij. pone hec oia ad ignem
in catia lēto igne semper spatula agitando:
et decoquant donec ad formā qua vis vti du-
catur et maxime ad formā ceroti.

Unguentū diabutiō nō est in vsu. Au. in li. iij.
in sen. q̄. in. c. de curatione puine et ignis persici. in fine
capituli inquit. cū ergo quiescit inflāmatiō: et remanēt
vlcera curenē cū eis que sunt sicut emplāstra de merda
fengi. i. de litargirio et emplāstra diabutionarum. Au. ibi
nō ponit descriptiōe sed solū de ipso loquitur: et si face-
re ipsum volueris descriptiōem habebis.

Miniu est res rubea qua pictores vtuntur. Sal. in li.
ad partemianum inquit armenianum vel miniu optimū
dicimus qd est leue equale ceruleū frangibile sine lapi-
dibus habet eriso colle: hoc apud Dias. vocatur arme-
nium: nam ibi Dias. dicit idem quod dixit Sal. sed Si-
mon non cognouit ipsum.

Indicum sine indicū est quedā res qua vtunt picto-
res ad pingendum colorē turchinum: et eius color ten-
dit quasi ad celestem. Pictores de ipso habent cognitio-
nem: q̄ eo vtuntur: et hoc notum est et fit de flore cuius-
dam herbe que arabice dicitur nil quo panit tinguntur.
Dacer vocat ipsum ofatim. Ofatis a grecis est vul-
go guaido vocatus. Non modicum questū prebent tin-
ctoribus herba. Moderni existimāt ipm esse verū gual-
dum seu telapsam: et est herba cū qua tingitur blauetū.

Unguentū mirabile de cācris fluuiatib⁹ s̄
eundē in. c. de cura cācri. **R.** de cinerib⁹ can-
crozū fluuiatiliū recētū et climia auri: et de aq̄
solatri qd sufficit: fiat vnguentū peroptime
ducendo in mortario de plumbo cum pistel-
lo aut super tabulam plumbeam.

Unguentū nō est in vsu. Cācri maxime fluuiat-
les noti sunt. Liber q̄ de buchasilim. i. seruitor: in trac. iij.
ponit formā cōburēdi fartas. i. cācros: et ait. accipe can-
cros fluuiatiles yinos qm sol fuerit i signo arctis. xij. die
mēsis intelligo lunaris: et pone in furno panis quousq;
cōburantur: et non conuertantur in cinerem.

Climia auri fm Au. melior est illa que aurea est vt
cincius glacie cineritū coloris recē: et lamina grossi-
or. Huic. lōbar. inquit climia auri ē superfluitas que
adheret parietibus vasis in quo purificatur argētum.
vltimo fit climia ex ere: et marchasita est sicut climia
auri.

Unguentū de dragātib⁹ fm eundē in ca. de me-
dicinis facientibus nasci carnē. **R.** dragan-
ti. \mathfrak{z} . j. et ponatur ad mollificandum in aqua
calida ad tantā quantitatem vt reduci possit
ad formā colle: nam istud vnguentum est
valde conglutinatum et si vis potes ad-
dere de sanguine draconis et sarcocolle ana-
parum.

Unguentū nō est in vsu fm intētiōe luminis
male lucētis: hoc vnguentū nō reperit ab autoribus.

Dragantum gūma est q̄ apud Dias. vocat dragagan-
tum: sed apud Sera. dragagantū. plū aut dragagantum
est spine albe radice multū plātata. apud medos et cau-
casum nascitur: eligendū est dragantū. album et limpi-
dum et lucidū et vltice et lene hoc satis est notum.

Unguentum incarnatum secundum eundē
de ex autoritate Esculapij primi medici bo-
num in capi. de incarnatiuis i generali. **R.**
herbe dicte litij. q̄ herba est tante pprietatis

est melius si haberi potest: si autem non potest accipite supradictum vitrum. $\frac{3}{4}$. ij. pulueris sandalorum alborum et pul. cristali añ. $\frac{3}{4}$. j. et diu oia sup porfidum. i. lapidē quēdam sic vocatum bene ducantur cum aqua limonum: donec tu scias vnguentum extendibile super locū quādo volueris extendere.

¶ **Q**uid vnguentum non est in vsu. Colum vnum anglicū are dicitur vulgari nomine: sed a latinis dicitur in fulia. et hic est sermo venetorum et astantium regionum. ¶ **U**trum in axtine album est laudabile: sicut Avicen. vitrum est inter lapides sicut stultus inter homines. speciosus autem vitri sunt multe: nam est vitrum album: rubeum citrinū: viride et azurinum: sed nobilissimum cunctis est illud quod colorem habet album.

Unguentum de sandarach mirabile sicut eundem in cap. de cura vulnerum. \mathcal{R} . cere albe. $\frac{3}{4}$. ij. terebentine lote. $\frac{3}{4}$. viij. masticcis. $\frac{3}{4}$. j. sandarache sarcocolle. thuris añ. $\frac{3}{4}$. vij. misce et fiat vnguentum malaxando in forti aceto. vel in bono vino montano albo: et habeas ipsum pro secreto: quod bonā operationē facit in omnibus mēbris carniformibus nervosis.

¶ **Q**uid vnguentum non est in vsu: sed Leonar. habuit ipsum pro secreto.

¶ **S**andarach sicut in India in eisdem locis nascitur in quibus aurum pingentum eligenda quocumque est que colore est ruffa valde et facile terribilis mūda colorem cinabris habet hanc multi greci crederent esse aurum pigmentum: rubeum: sed non recte: nam apud arabes sandaracha est vernix: idem apud Moder. itē Sera in. c. de vernice ait sandarach. i. vernix. \mathcal{I} tem Jo. angli. in. c. de cumate ait vernix que vocatur sandaraca penultima genitivi producta: quod ipsa veniata vel correpta tunc est idem quod auripigmentum. unde versus est sandaraca vernix medicorū non tinctorū. Sandaraca. auripigmentū rubeū vel citrinū: quod color citrinus aliqui vocat rubeus apud grecos: sed non recte ut dictum fuit.

Unguentum de vulpe: sicut eundem in. c. vt supra vix in ca. de cura vulnerū. \mathcal{R} . olei innipi terebentine sublimata ana. $\frac{3}{4}$. vij. axungie porci. $\frac{3}{4}$. ij. piretri: gētiāne. pipis lon. baccarū lauri aristologie. s. rotunde: castorei: mirre: salis ana. $\frac{3}{4}$. ij. adipis vrsi: adipis gatti: adipis tasi: mellis crudi: cere rubea añ. $\frac{3}{4}$. ij. armoniaci: asse: fetide: galbani serapini: olei petrolei. añ. $\frac{3}{4}$. j. enforbiji ni gele: sinapis laudani: masticcis: olei. s. cōis añ. $\frac{3}{4}$. j. oia suo modo terant et ponantur in vulpe ad ignē: et coquantur bene donec vulpes bene cōsumpta sit cū omnibus supradictis rebus et fiat vnguentum sicut artes ex ingenio mirabili.

¶ **Q**uid vnguentū apud apothecarios. Moder. Papienses non est in vsu: sicut mediolaneses vtunt ipso. magi pet. arg. in. c. de podagra siue gutta frigida ponit vnguentū de vulpe ipsi. \mathcal{R} . vulpē integrā interiorib⁹ euulsis et pone in vase cū aqua calida vino et oleo: et vltra hoc pone in isto vase saluā rore marindūmiperū anetū organū et maioranā: oia ista bulliat vsq; ad vini cōsumptionē et aqua et vinū q; caro vulpis ab osse separet et postea in cocleari ex pumax et coltur: et ex ista colatura fiat vng. hec de serig.

magistri pet. vt esse oleū vulpini quod est mēte. \mathcal{R} . des. s. apud nos aliud est vnguentum de vulpe aliud est oleū vulpini. verū quā sapiētes dixerūt quod si addat in illa collatura cere quantitas cōueniens potest dici vnguentum de vulpe.

¶ **U**lipes apud arabes vocat thaleb. Avic. in. h. casū narrat virtutē suā dicens quod quā vulpes coquant in aqua et embrocatur inuncture dolorose ex ea confert vehementer et c.

Unguentū mirabile quod vocatur irinum propter colorem irinum sicut eundem in. c. de vlcereb⁹ virulentis. \mathcal{R} . olei irini. i. facti de folijs liliorū celestium. $\frac{3}{4}$. ij. ponatur dictū oleum in bacili bene terfo et mundo deinde recipe salis armoniaci. $\frac{3}{4}$. j. et frica tandiu in oleo donec illud oleum remaneat celestis coloris: deinde recipe resine pini et terebentine. añ. $\frac{3}{4}$. j. pul. indici. $\frac{3}{4}$. j. et cere. q. s. et fiat vnguentum.

¶ **Q**uid vnguentū non est in vsu: infra apparebit aliud vnguentum quod vocatur de ireos: sicut istud fit ex puluere radicis ireos de quo infra.

Unguentum de minio: sicut in. c. de argillata in ca. j. de flegmone. \mathcal{R} . minij. $\frac{3}{4}$. j. olei rosa. vel mirtini sicut quē vis. $\frac{3}{4}$. ij. sicut quantitates quod vis facere misceatur omnia in cazola et bulliant ad ignem cum paruo et lento igne vsq; ad cōsumptionem olei et semper misce cū spatula ne aduratur fiat vnguentum in bona forma.

¶ **Q**uid vnguentū non est in vsu apud chirurgicos ac alios. Leonar. de pēda palea in. c. de medicinis cōsultatūis ponit cerotum de minio et id est idem.

¶ **M**inum vero apud Avic. in. h. casū vocat sirengi. Sera. vero vocat ipsum minium et inquit. arfēgi. i. minij. Alexander paulus et alchindus dicunt quod ipsū est azar. cōr: alij dicunt quod arfēgi: et fit ex plumbo quā sponitur in igne et statur et fit rubeū: pictores eo multū vtuntur.

Unguentum de ireos sicut eundem in. c. de medicinis faciētib⁹ nasci carnē. \mathcal{R} . sepi vaccini. $\frac{3}{4}$. vij. olei rosa. $\frac{3}{4}$. ij. cere. $\frac{3}{4}$. ij. radicū ireos. $\frac{3}{4}$. j. thuris masticcis: sarcocolle: aloes. s. succotri ni aristologie. s. rotunde. añ. $\frac{3}{4}$. j. terebentine. $\frac{3}{4}$. ij. et fiat vnguentum.

¶ **Q**uid vnguentū non est in vsu. Barth. mōtagna in suo antidotario habet idem. Leonar. de pēda palca in. c. al leg. habet vnguentum irinum: quod est factum de oleo irino facto de floribus liliorū celestium.

¶ **I**reos vero est radix lili celestis. Serap. in. c. de lilio inquit quod huius stipitē sup quē est flos huius coloris dicitur: et sunt albus citrinus purpureus et celestis: et propter diversitatem istorum colorum nota tur ireos. i. arcus demōis: sicut ab illo arcu demōis qui apparet in aere tempore struio so et habet radices duras nodositas que habent odorem bonum: et hec factis est nota.

Unguentū gfa dei sicut eundem et ibidē vix in. c. de medicinis faciētib⁹ nasci carnē. \mathcal{R} . cere albe resine. s. pini armoniaci. añ. $\frac{3}{4}$. vij. terebentine. $\frac{3}{4}$. ij. galbani olibani masticcis mirre clare añ. $\frac{3}{4}$. j. aristologie rotunde. $\frac{3}{4}$. ij. terebēda terant et infundant in vino in quo decocta fuerint betonice verbū: et solide maioris et minoris: cōtaure: pimpinelle: ipericō herbe gfa dei bantie. añ. $\frac{3}{4}$. j. et postea extrahatur et malaxeno

De vnguentis.

tur cū lacte mulieris. hoc vnguentū generat
carnem ⁊ cōsolidat: ⁊ est cōe ad oīa vulnēra.

¶ Istud vnguentū generalr est in vsu: sed moderni nō
cōponūt ipsum fm istā descriptionē. illa hō descriptio
qua vrūtur est magistralis que ab autorib⁹ nō reperit:
sed hodierni chirurgici mirabilr istā descriptionē lau-
dant: q; mirabilr generat carnē ⁊ cōsolidat: ⁊ est cōe ad
oīa vulnēra. fasciculus medicine i sua anotomia habet
idē: sed nō est sile ⁊ talis diuersitas inter multos est in
hoc vngūto: nā quidā dicit q; dicit gratta dei. i. a deo
datū. alij dicit q; d; gratta dei: a quadā herba q; grā dei
vocat que ei⁹ cōpositionē intrat: cui⁹ forma infra osten-
dam: ⁊ sine dubio est consonū q; debeat dici vnguentum ⁊
gratia dei: ab illa herba quā recipit vt dicim⁹ vnguen-
tum de litargirio a litargirio qd recipit dicit ⁊ sic de sin-
gulis: sed q; hec descriptio in vsu nō est valde: hoc ad-
uent q; pauca munerūt eius descriptionē: infra hō ap-
parebit alia descriptio que est magistralis: hoc vnguen-
tum apud quosdā dicitur vnguentum cerascos.

¶ Herba gratta dei apud moder. herbanicos vulgo sic
est vocata: ⁊ est herba cui⁹ lōgitudō est vni⁹ palmi: aut
parū plus. folia habet sicut yfopo. flore habet inter folia
perulū: cuius color tendit de bicoloribus ad albū ⁊ pur-
pureū: sicut herba que d; volubilis que in vineis nasci-
tur. radicem habet parū ⁊ paucā. apud nos in piatis
valde abundat ⁊ cognoscitur propter saporem foliorum:
nam folia ipsius habent amaritudinem p;out centau-
rea mino: aut parum plus.

**Anguētum de climia fm eundē in. c. de me-
dicinis cicatrizatiuis. R. climie aduste colco-
tar adusti añ. ʒ. ij. ceruse litargirij añ. ʒ. iiij.
puluerizētur: ⁊ cum oleo mirtino ⁊ aceto vi-
ni granatorum ⁊ vino sliptico. i. forti misceā-
tur ⁊ fiat vnguentum.**

¶ Istud vnguentū non est in vsu. clima vero fm moder
nos est res sicut fuligo que ad heret superioribus parti-
bus fornacis in depuratione auri. tunc dicit climia au-
ri vel argenti. tunc dicitur climia argenti vel aliorum: ⁊
modum eius adustionis docet liber qui dicitur bulcha
fm in primo tractatu.

¶ Colcotar est vitriolū citrinum. Gal. in lib. secretorū in
ca. ad oēs egritudines dicit qd est atramentū albus. cr-
go est visum multū laurū. Jldo. in. c. de vermibus inquit
vermis est aīal qd plerūq; de carne: vel de ligno: vel de
quacūq; re terrena citriolū album sed nō recte. Joā. an.
in ca. de vlc. rib⁹ ⁊ vlnicibus nasci aut colcotar. i. atra-
mentum citrinum. ⁊ ita dicit Auicē. in ca. de atrame-
to. nos vero loco eius vitriolum viride generaliter: aut
vitriolum romanum ponimus.

**Anguētū de vermib⁹ incarnatiū fm eun-
dem in. c. de medicinis incarnatiuis. R. vtri-
usq; consolide piloselle vtriusq; plātaginis.
añ. ʒ. i. j. vermū terrestriū. ʒ. vj. terātur oīa et
ponant in lib. j. olei cōis p septē dies. dein
de bulliant modicū ⁊ coletur exprimat: ⁊ tūc
addat sepi arietini mundati lib. j. picis naua-
lis. ʒ. vj. pi. grece. ʒ. ij. armoniaci galba. op⁹
poponaci. terbentine. añ. ʒ. ʒ. dissoluantur
gummi in aceto: ⁊ fiat vnguentum quod mi-
rabiliter valet.**

¶ Istud vnguentū nō est in vsu. Vermes. s. terrestres ne-
vilo cōcubitu gignuntur: hō nomē qd ⁊ de ovis nascuntur
vt scorpio: sunt autē vermes aut terrea: aut aque aut ae-
ris: aut carniū: aut frondū: aut lignorū: aut vestimento-
rum. Quāta admiratio est qd in corpore humano ge-
nerātur lūbrici lōgitudinis duodecim brachiorū ⁊ isti

vermes apud quosdā vocātur solea piscis. Sera. de ver-
mibus duo fecit ca. vni⁹ de lūbricis terrestribus vbi di-
cit ilculi vel lūbrici terre. aliud de vermiculis vasorum
quos dicit esse vermiculos paruos: qui qñ tangunt in-
uoluunt seipfos ⁊ sunt virides. Aut. in. ij. cano. vocat ip-
sos charathin: ⁊ sunt lumbuci terrestres. Leonar. de p-
da palca in cap. de medicinis cōsolidatiuis inquit pul-
uis vene terre: id est lūbrici terrestres hi satis noti sunt.
¶ Pilosella herba est satis nota. d; autē pilosella. ppter
abundantiā pilorū quos in solis h; ego nō inueni aucto-
rē autenticiū q; de ipsa spāle faceret. c. ʒ apud Moderū.
pilosella est herba nascens in locis lapidosis siccis cū fo-
lijs que expādunt sup fa cū terre: ⁊ sup ipsa folia h; pi-
los ab vno latere: ⁊ ab alto cū flore rubeo: ⁊ hec a multis
dū est recēs comedit: existimauerunt qdā qd hec sit quā
Aut. in. ij. cano. vocat fistulem: sed non approbo.

**Anguētū de matrissilua fm eundē in. c. de
fractura cranei. s. ossis capitis. R. ex matriss-
silua recentī: ⁊ fac ipsam bullire in vino vsq;
ad cōsumptionē medietatis. deinde colet: ⁊
in ipsa colatura addatur oleum ⁊ cera ⁊ bul-
liat vsq; ad consumptionem: et pone super
duram matrem.**

¶ Istud vnguentū non est in vsu. Leonardus de preda
palca in. c. de cura vlcēri in generali h; idē: sed non est
cōforme. verū differt parū. hoc vngūto videtur esse idē
cum vno emplastro qd scribit Nicolaus floren. sub no-
mine emplastri bouini quo communiter vtuntur. cuius
descriptio inferius apparebit.

¶ Matrissilua apud Dias. vocat ptelemonē siue splemō
siue splenaria: ⁊ est herba frutes. vt dictum fuit supra in
vngūto martiatonis. Leonar. inqt matrissilua. i. capri-
foliū. idē dicit nicholus de hac multi faciunt licitū: s; est
deterio: in bonitate alijs speciebus licitū.

¶ Olei. s; olei oliue. cere. s; vsualis. hic magis per. non
ponit dosim de istis duab⁹ rebus: sed Leonar. ponit olei
cōis. ʒ. iij. ʒ. vi. cere. nicholus vero ponit cere citrine ter-
rebitine añ. ʒ. iij. olei rosati. ʒ. ij. magister Petrus non
habet resinā nec terberinam. Leonar. habet resinē tere-
bentine añ. ʒ. iij. bulliant omnia ad consumptionem me-
dieratis. s; cū: ⁊ fiat vnguentum.

**Anguētū de vespergilionibus fm eundem
in. c. de podagra siue gutta frigida. R. vespe-
rgiliones numero decem: ⁊ pone in caldario ⁊
cooperi cum aqua pluniali: coque vsq; ad
medi. consumptionem aque ⁊ cola fiat vng-
uentum ⁊ c.**

¶ Istud vnguentum non est in vsu.

¶ Vespergilio est aīal quod de nocte volat. Aut. in. ij. ca.
non de vespergilionē sic ait. d; qd scriba zirac est lac ei⁹: ⁊
d; qd est vna eius. Lanfrancus chirurgicus in ca. de
panno. lentiginib⁹ gutta rosa cea cicatricib⁹ vlcēri. ⁊ co-
rum cura inquit. puluis paruorū murium siue vesper-
gilionum: quod idem est.

**Anguētū de formicis i bidē. R. terre formi-
carū cū ouis ⁊ toto. ʒ. ij. farine ordei ⁊ faba-
rū añ. ʒ. j. rosarū. ʒ. ʒ. malue mādragore añ.
ʒ. vj. coq; rosas malua ⁊ mādragora i trib⁹ li-
bris vsq; ad medietatē ⁊ cola. ⁊ cōfice cū reli-
quis medicinis in mortario puluerizatis
addendo tria albumina onozum ⁊ vtēre.**

¶ Istud vnguentum non est in vsu.

¶ Formica est aīal paruū omnibus notum. etiā formi-
ca aliquādo accipitur pio qua dam egritudine de qua
Aut. in. ij. cano. in seu. ij. ca. de formica militari inquit.

formica est pustula aut pustule q̄ egrediuntur & faciūt accidere apostema purū & ambulāt: & foras se vicerant: & foras se resoluuntur: & tu ita scituū eam cuiusvis illorū & color q̄dē formice ad trinitatē est dēclivus: & est infā mata cū substantia verrucali & rotūda. & fm plurimū h̄z radicem latam. nisi quedā spēs eius acruhaurod: & est radice parue quasi sit pendens. & tenēt in oi formica sicut punctura formice &c. Leonar. de p̄da pales in ca. de formica inq̄t. formica d̄r esse pustula parua granata. de colera aduſta: & nominata sic tali nomine per formam coloris citrini: & per quantitatem paruitatis: & similitudine illius aialis apparet sc̄z in colore formice citrine & paruitate illius animalis & punctione.

¶ Post h̄z d̄r de formica q̄ pustula vocat̄ nunc h̄o volo narrare de natura q̄ inuenit̄ in formica: nā J̄h̄. inter m̄ n̄ta aialis cōputat ipsam & inquit formica d̄r eo q̄ ferat micas farris cuius solertia multa est: prouidet enī in futurum: & preparat estate quod hyeme comedat: in messe autem eligit triticum oideum non tangit dum pluit. & super frumentum totum en̄cir: dicitur in ethiopia esse formice ad formā canis: q̄ harenas aureas pedibus erunt quas castodiunt ne auferantur: captantelq̄ ad necem persequuntur.

De vnguentis magistralibus.



Vnguentū de adipib⁹ magistra le qd̄ i vsu est. R. olei camomille olei vio. añ. ʒ. vj. butiri recentis adipis galline. ana. lib. j. cere quantū sufficit.

Vnguentū gra dei. R. galbani oppoponacis. viridis eris. thuris aristologie longe mastice. mirre. añ. ʒ. j. armoniaci. ʒ. ij. ʒ. cere. ʒ. vij. olei comunis litargirij añ. ʒ. xvij. bdellij. ʒ. ij. adamantis calamite lapidis ematitidis. i. sanguinaris. añ. ʒ. j. conficiantur sc̄dm artem addendo. ʒ. vj. terbentine. ʒ. iiij. abies ʒ. ij. & fiat in magdaleonibus vt est notum.

¶ Istud vnguentū est in vsu ḡn̄aliter: verū est qd̄ sunt ex hominib⁹ q̄ cōponūt ip̄m fm istā descriptionē: & sunt ex hominib⁹ q̄ cōponūt p̄ aliā descriptionē fm diuersitatē locorū. q̄n̄ aut̄ hoc facio et̄ color est tripl̄. sc̄z aut̄ qd̄ hodierni chirurgici laudāt vnguentū gra dei fm descriptionem petri argillate. & illud vocat̄ vnguentum gratia dei & p̄ter herbā grata dei quam recipit de quo supra.

¶ Thus d̄r a vulgo incēssū. Circa instans ait olibanum idem est qd̄ thus. gūmi est cuiusdam arboris. iuxta alexandriam nascitur quod alexandrinum dicitur: & est melius et purius nascitur etiam iuxta damascum & damascenum dicitur qd̄ est album purū: & inuenitur it̄ grossum qd̄ thus masculum dicitur.

¶ Adamas. s. lapis adamas. Sera. i ca. de lapide adamas dicit qd̄ lapis adamas est mes fluminis in quo est lapis de mes & est flumen ad qd̄ nunq̄ iuit aliquis nisi alexander & est in sinib⁹ corascen. & color eius appropinquat coloris salis armoniaci. nō est lapis magnes: vt qd̄ā putauerunt. Symon ianuelis ait: adamas lapis durissim⁹: iter preciosas gemas cōputat: sex angulos habet ferruginei coloris qd̄ multi mētiri sunt nō posse frangi nisi cū birino sanguine aut plūbo: qd̄ aurifabri experti negāt. aliq̄ adamas magnes vocatur: sed falso.

¶ Calamita. sc̄z lapis calamite quea multis vulgari nomine sic est vocata: s̄ ap̄ d̄ia. vocatur lapis magnes: & est lapis q̄ inuenitur circa litus oceanī apud trogloditae & i india ab inuestore sic vocat̄: iste est lapis qui attrahit ferrū sicut est notū ob̄ J̄. in. ij. ca. inquit magnes est lapis q̄ attrahit ferrū: cū ergo adurit sit ematitidis & corbant mihi admirationē verba J̄. d̄. centis qd̄ q̄

magnes adurit sit ematites. flapis: ematites qd̄ igno: ro: q: lapis ematites est in colore rubco et magnes nigro: quod non conuenit nisi forte vt arbitror acquireret illum colorem ex aduſtione.

¶ Abietinum est gūmi abietis: & est sicut terbentina: s̄ non est ita subtilis: vt est notū. J̄. in. ca. & e propolis nominibus arborum inquit abies. dicta q̄ p̄ ceteris arborib⁹ lōge eat: & in excelsum p̄m̄cat: de qua Virg. ait. Et casus abies visura marinos que ex ea arbores nauium sunt. hanc quidam gallicum vocant propter cadorem. Petrus de crescentijs dicit abies picea & arexica seu saricca quasi eadem arbores sunt.

Vnguentū stasfagriū. R. stasfagrie saponis mollis añ. ʒ. ij. arungie. porcine. ʒ. ij. argēti viui extincti. ʒ. j. ʒ. misce & fiat vnguentū.

¶ Istud vnguentum est in vsu sub nomine vnguenti stasfagrii. aut sub nomine vnguenti propiatellisi: aut pro pediculis: aut pro soldatis: quod idem est.

¶ Stasfagria autem fm Serapionem est granum capitio: & est dicta passula montana. Aut. in. ij. canonis aut stasfagria est vna passula montana: & est granū capitio in monte libano inuenitur de eo plurimum: & est granum nigrum sicut cicer nigrum. circa instans inquit. stasfagria que etiam caput purgum dicitur: semen et herba simili nomine appellantur. dicitur enī caput purgum. q: caput purgat. multe est efficacie: semē vsu medicinē cōpetit: p̄ decem annos durat. J̄. d̄. stasfagria: hec est herba quinq̄ digitorum: huius semen &c.

Vnguentum optimū magnū de antera. R. antere. ʒ. vj. rosarū rubearū: balaustiarū corticū granorū: gallarū nucis cipressi: gummi aī. mirre: mirtilorū: draganti: terre sigillate: coriandroū preparatorū boliarne. sandalorū rubeorū añ. ʒ. iiij. sanguinis draconis: mastice: thuris: ipoquistidos añ. ij. ʒ. acastie: sumach añ. ʒ. v. bdellij: spodij: coralorū rubeorū añ. ʒ. ij. camphore. ʒ. j. copularum glandium. ʒ. vj. charabe: seminis plantaginis añ. ʒ. iiij. olei rosati lib. j. olei mirtilorū: olei citrinorum olei mastice. ana. ʒ. vj. misce et fiat vnguentum secundum artem.

¶ Istud vnguentum est in vsu: sed sunt ex hominibus qui componunt ipsum fm istam descriptionem & sunt ex hominib⁹ qui cōponunt ipsum per aliam t̄m̄ ista descriptio apud hodiernos doctores multā est laudata: & sunt ex hominibus qui vocant hoc vnguentum cōstrictiuum: antra apparebit vna alia descriptio.

¶ Antera autem fm communem opinionem est semen cuiusdam fructus qui dicitur a vulgo gratacu. Joan. angli. in capi. de fluxu ventris in febre inquit. antera: id est semen rosarum idem dicit in capitulo de cura flux⁹ sanguinis: circa instans antera dicitur flos rose. est autem quoddam quod reperitur inter rosam. eius fruct⁹ apud Auicenn. in secundo casu vocatur rub⁹ cuius fructus est sicut olia habens interius lanā. idem Serap. in. e. de rubo inquit: sed rubus canis est maior rubo factio: nam assimilatur in magnitudine sua arboribus: et folia ei⁹ sunt latiora foliis miri. in ramis eius sunt spine: dure: h̄z florem album: et fructus eius est oblongus similis nucleo: qui quando maturauerit fit rubeus: et habet interi⁹ simile lanē: qui q̄n̄ desecat auferit quod interi⁹ est & hec est plāta que apud J̄. iasco. vocat̄ clesobatus in cuius summitate nascitur quedā res similis spongie: & in ea interdum vermes inueniuntur: & hec apud ignorantes spina alba seu bedeguard vocatur.

Vnguentū aliud de antera. R. olei rosati. ʒ.

De emplastris.

vj. cere antere añ. 3. j. acatie. 3. liij. sandalorū
rubeorum: rosarū rubeorum añ. 3. ij. boliaf.
3. j. misce ⁊ fiat vnguentum.

Vnguentū rubeū cāphoratū. R. olei rosati
li. j. 3. vij. li targirij. 3. ij. minij. 3. ij. 5. ceruse.
3. 5. tutie campbo. ana. 3. ij. cere. 3. ij. in eka
te. ⁊ byeme. 3. j. fiat vnguentum in mortario
plumbeo cum pistello plumbeo. ⁊ sunt qui
addunt chymolee. 3. vj.

¶ Istud vnguentū est in vsu: maxime apud chirurgicos:
dicit aut vnguentum rubeum cāphoratū ad differen
tiam alterius descriptionis quod dicitur album.

¶ Cāphora aut apud Ser. ⁊ Ani est gūma arboris: vt
dicitur fuit: sed fm circa instans cāphora est succus cuius
dā herbe q̄ in fine veris colligit ⁊ terit: ⁊ succus ei⁹ ex
punit q̄d seculētū est residet ⁊ abijcit q̄d est purū ⁊ liq̄
dum retinet: ⁊ soli exponit ⁊ desiccat: ⁊ reducturā sub
stātiā cāphore. 3o. angli in c. 6. sterilitate air. s̄r cāpho
ra frequēter odorata multū impedit erectionē: ⁊ ideo de
in versu. cōi cāphora per nares castrat odore maris.

Vnguentū aliū cāpho. albū. R. olei rosa. li. j.
cere noue albe. 3. ij. ceru. 3. xij. albumia ouo
rū nūero. vj. i quib⁹ dissolute sint. 3. ij. cāpho
re cū aqua rosata: ⁊ fiat vnguentū fm artem.

Vnguentū pectorale. R. mucilagis p̄lij: d. a
gagati gūmi añ. se. lini fenugreci. añ. 3. j. pin
guedis galline. medulle vituli: butiri recēt
loti cū aq̄ violarū añ. 3. j. 5. olei violati: olei
amigdalorū dulciū añ. 3. j. cere albe quātuz
sufficit ⁊ fiat vnguentū molle pro pectore.

¶ Istud vnguentum est illud quo generaliter vtuntur.
verū supra est posita vna alia descriptio: q̄ est ex aucto
ritate Bartho. montagnanē: sed nō est idem. verum est
q̄ hodierni auctores laudant etiam illam: sed in vsu
non est tantum hec descriptio in partibus mediolanē
sibus est multum in vsu.

Vnguentū de lapacio. R. olei violati. 3. vj.
cere virginis. 3. ij. succi. lapatij in aceto in
fusi. 3. vj. ceruse. litargirij añ. 3. ij. ⁊ 3. ij. cam
phore. 3. ij. misce fiat ⁊ vnguentum et lauatur
cum aqua solatri: ⁊ optimum est.

¶ Istud vnguentū est in vsu: maxime fm istā descriptio
nē: cū aut descriptio nō reperi ab auctoib⁹: verū est
q̄ Petrus argillata in ea de corosionib⁹ capillozū lau
dat vnguentū vna sa crū de succo lapa cū scriptū ab apso:
v̄ indē infra in c. de tinea. ego aut vidi p̄dictū c. totū et
p̄dictū vnguentū non reperi: verum est q̄ ipse in illo c.
describit duo vnguenta: ⁊ in vtroq̄ illorū ingredit succus
lapacij: sed nō habeo certitudinē si sint de lapacio: aut
nō lapacij: aut est rumex q̄d apud omnes notum est.

Vnguentum pro stomacho quod in vsu est.
R. mastiacis. 3. j. aloes. 3. ij. gario. cinamo
mi cala. aro. ana. 3. iiij. aque rose ⁊ vini cito
niorum añ. 3. iiij. olei masti. 3. ij. cere. q. s. et
fiat vng. q̄d est bonum ⁊ expertum.

Vnguentū citrinū vsuale q̄d in colore citri
num efficitur. R. terbe. olei cōis añ. 3. vj. ra
se pini. 3. iiij. cere citrine. 3. iiij. 5. gūmi elemi.

3. 5. misce ⁊ fiat vnguentum fm artem.

Vnguentū ad scabiē quo si plāte pedū ⁊ ma
nuum vnguant oēm scabiem delet. R. olei
laurini. 3. ij. thuris albi: cere mūde añ. 3. ij.
argēti vini mortificati cum salina. 3. ij. pin
guedinis porci mūde. 3. v. salis cōmunis trī
ti. 3. vij. succi plantaginis et fumiterre ad li
bitum omnia misceatur: ⁊ fiat vnguentum
et est mirabile.

Vnguentū mollitiū quo vtunt veneti. R.
mucillaginis altee mucillaginis fenugreci
⁊ mucillaginis seminis lini. añ. 3. vj. litargi
rij aur. lib. ij. ter bentine medulle cruris vac
ce. ana. 3. ij. cere. 3. iiij. ireos puluerizati olei
seminis lini lib. ij. 5. misce ⁊ fiat vnguentum
in bona forma.

¶ Utilis tractat⁹ de vnguentis conditu ite vniuersi or
bis conditore feliciter explet⁹ est: sequi nūc tractat⁹ de
emplastris super antidotariū do. 2d. ac aliorum docto
rum in sa cra medicina scribentium.

Emplastrum diaqlon magnum
R. litargirij mundī triti ⁊ cribel
lati. 3. xij. olei irini. i. ireos: ⁊ ca
nomillini: et anetini. añ. 3. vij.
mucillaginis seminis lini. mucillaginis fe
nugreci: ⁊ radicū altee: ⁊ mucillagis ⁊ sicuū
pigūū mucillagis passulay ⁊ succi ireos: ⁊
succū sq̄lle ⁊ isopi humide et glutinis alba
nac: añ. 3. xij. 5. ter bētime. 3. iiij. resine pini: et
cere citrine. añ. 3. ij. cōficiantur hoc mō. litar
giriū ⁊ supra scripta oleo diu i mortario la
pideo cum pistello ferreo cōquassentur per
spacium medie hore: deinde bulliant super
ignem lenē cum facilitate semper agitando
cum spatula donec coaguletur totū tunc de
ponatur ab igne ⁊ dimittatur infrigidari:
deinde. R. mucillagines ac alia ⁊ simul ite
rū bulliāt donec efficiat ei⁹ forma dura: de
de ab igne deponat ⁊ ponat sup marmor:
⁊ fiat i magdaleonib⁹. inqt fili⁹ zacharte ac
grif ei⁹ ex decoctione vt descēdat a mollicie
⁊ accedat ad spissitudinē vnguentorū ⁊ linia
tur in panno ⁊ superponatur vbi oportet.

¶ Istud emplastrū est in vsu maxie scdm istā descriptio
nē: ipse aut⁹ de antitular hoc emplastrū diaqlō: s̄ scdm
modernorum opinionē d̄z dicere diaqlon. i. cōpositio
facta ex mucillaginib⁹ ⁊ succo. ⁊ ppter hoc a multis
d̄z cerotū de mucillaginibus siue gummiis: aut diaqui
lon gūmi: ⁊ sic sibi legis expositiones doctorum vide
bis q̄ emplastrum diaqlon magnum: ⁊ cerotum de mu
cillaginib⁹: ⁊ vnguentū diaqlon sine gūmiis: idē sunt:
⁊ qui non credit videat in anrido. 3o. Sera. q̄d dicit vn
guētū de mucillaginibus ⁊ est diaqlō. idē dicit sc̄tilis
sup quintū cañ. Aut magf de argillata in c. de scrofu
lis ponit vnguentū diaqlō q̄d idē ē ⁊ ibi docet ip̄z p̄cere

cum gumis de q̄ infra supra est postū vnguētū. de mu-
cilaginibus ex auctoritate Bartho. montagnane q̄ po-
test fieri p̄ diaqlon sine gummis. Scias aut̄ q̄ ḡnalter
apothecariū maxime ap̄ nos faciūt emplastra in for-
ma molli & cerota in forma dura de q̄ apothecariū nea-
politani admirātur: q̄ ipsi faciūt cōtrariū: nam empla-
stra faciūt in forma dura & cerota in forma molli. Leo-
nardus de p̄da palea in. c. de vlc̄rib⁹ profundis ponit
emplastrū diafinicon descriptiōe Alexandri: sed dicitur
emplastrū. i. dura cōfectio eadem est opinio Nicolai.

Gluten alchanae siue alchanceb siue alchanae q̄d sit
generaliter ignoratur vere nūq̄ vidi nec audiui ab ali-
quo vidisse auctore autenticū de eo mētionē facere. ve-
rū scdm̄ cōsuetudinē apothecariorū est colla piscium
q̄d nō nego nec affirmo. cerie in partib⁹ rome dictū fuit
mibi q̄d in rei veritate gluten alchanae est quidā visc⁹
qui reperit̄ in arabia sup̄ arborē alle-feridethi deus scit.
magister Pet. argillata: q̄ sepi⁹ vti istō vnguētō q̄ ipse
describit in ca. allegato. & ibi loco glutinis alchanae po-
nit viscum cū quo capiuntur auge: sed nos intelligim⁹
viscū quercinū q̄ cōuenit̄ istō casu: tñ ego nō affirmo
q̄d sit: s̄ ḡnalter loco cū ponit colla pisciū: s̄ intentio
nostroꝝ chirurgicorū visc⁹ quercinū etiā valet. Si autē
facere volueris vnguētum diaqlon seu emplastrum de
vucillaginib⁹ cū gumis op̄z facere vt docet magister
Petrus argillata in capitulo allegato: vbi sic ait. in sine
descriptionis dicens conficiatur sicut ipse Mesue docet
in antidotario: & si cū istis addatur bdeliū serapinū ar-
montiacū añ. ʒ. j. erit diaquilon gummatū siue cū gum-
mis aut cerotū b̄ mucilagib⁹ sine gumis illas tres gū-
mas quas nominam. tñc erit diaquilon cum gummis.

Emplastrū de granis lauri. R. olibani ma-
sticis. mirre añ. ʒ. j. granorū lauri. ʒ. ij. ciperi.
costi. añ. ʒ. ʒ. mellis collati. q. s. ad aggregā-
dū extēdatur ī pāno: & calidus supponat̄
vbi op̄z si autem triplicetur ciperū & de ster-
core vaccarū aut caprarū sicco ad pōd⁹ om-
nium inuenitur mirabile ad hydropisim.

Emplastrū est ī vsu tñ nō valde. Petrus de cre.
inquit laurus est arbor satis magna: cui⁹ frondes sunt
late & longe. & folia semper viridia odorifera valde: que
arbor bachas facit que sunt fructus parui nigri: quoz
magnitudo est sicut auclane parue sup̄ quas sunt cor-
tices nigri subtiles q̄ cōpressionē franguntur in duas
partes: & ille sunt que competunt medicinē.

Emplastrum de galia. R. galie muscate. sq̄
nāti añ. ʒ. ʒ. ramich: samach acatie. ipoqui-
stidos. laudani. galarum non perforatarū.
calami aro. rosarum et seminis eius quod
antera a multis modernis dicitur sandalo-
rum alborum et rubeorum masticis. xiloa-
loes id ē ligni aloes gariosi. spice nardi. oli-
bani: mirre costi ciperi absinthij. añ. ʒ. ij. fiat
eorum contritio bona. deinde accipe succi
foliorū mirre humide. foliorū lauri aq̄ rosa-
te & vini pōtici añ. ʒ. j. & submerge ī eis ca-
lefactis tortellaz de seni. ʒ. ij. dactiloz sicco-
rū numero duodecim dimittat̄ p̄ diē & noctē
deide terant̄ & fiat sicut puluis & misceat̄ cū
miue aromaticē. i. cū sp̄eb⁹. ʒ. ij. aut. ij. gū-
mi assi. l. gūmi ara. ʒ. vij. coquat̄ oīa lēto
igne vsq̄ ad spissitudinē mell. deide aggrega-
ga cū puluere rerū & tere diu in mortario do-

nec fiat totum viscosum. deinde lini ex eo suo
per lamina & suffumiga cum ligno aloes et
epithimetur cum eo.

Emplastrū nō est ī vsu dixerunt autem q̄d ap-
pellatur emplastrū de galia p̄ter troc. de galia quos
recipit. alij dixerūt quod dicitur de galia: quia in gallia
prouincia repertum fuit: & vtuntur ipso. Bartho. mon-
tagnana in suo antidotario habet vnguētum de ga-
lia muscata quod in vsu non est.

Emplastrū vero est q̄dā p̄fectio facta ex varijs reb⁹: & re-
ducta ad formā trociscorū sicut apparuit supra gallia
g. gala asiana gallaz alie aut̄ p̄forate alie nō: s̄ p̄forate
sunt magis laudatē medicinis quā nō p̄forate: circa
instans ait. galla est fruct⁹ querc⁹. quēdā inuenit̄ gros-
sa & leuis & perforata q̄ modicū valet: alie repertunt̄ in
asia & affrica: & dicunt̄ asiane: q̄ p̄fectū: & nō p̄forate:
q̄ vero inter eas inueniunt̄ grossiores meliores sunt.

Emplastrū de senti. i. panis assi: siue panis biscotellus: et
cuius modū ostendā infra in cōfectione emplastrū diafi-
nicon. Cūq̄ ponticum. i. forte: nā ponticus est sapor di-
ctus fortis: potest etiā dici ponticū ab insula que sic no-
minata est sed non est ad propostum.

Emplastrū relatū ad andromacū. R. sepi-
arietini. pic. añ. ʒ. xv. auri pigmēti rubei &
citrini. alumis iamēni. i. alumis scissi. calc⁹
nō exticte. añ. ʒ. xv. armoniaci. ʒ. ij. dissoluat̄
armoniacū cum vino rubeo: & dissoluatur
in igne & dissoluatur cū eo lib. ij. & puluerizā-
da puluerizetur: & aggrega omnia simul fm̄
decentem modum preparatiōis eius: & vte-
re vbi oportet expansum in lamina.

Emplastrum nō est ī vsu.

Aurū pigmentum latinū nomē est ab aureo colore.
Istō in ca. de colorib⁹ inquit: arsenicū q̄d latini ob co-
loꝝ auripigmentum vocāt sine dubio auripigmentum &
arsenicū eiusdem ḡnis sunt: sicut ptz si legis ca. de arse-
nico dia. cū capi. de auripigmentō ap̄d Scrap. videbis
q̄d idē sunt. sp̄s aut̄ arsenici vel auripigmentū fm̄ diaf.
sunt due. s. rubeū & citrinū: s̄ scdm̄ Auic. sunt tres. s. al-
bum citrinū & rubeū de quo vide supra. liber qui d̄ bul-
chasis in lib. j. docet modū comburendi & vtendi citri-
num in rubeū & de sublimatione arsenici: & de modo ver-
tendi arsenicum citrinum in rubeum.

Emplastrū sinapis mūde. descriptiōe simo-
criti. R. sicuū siccarū pinguiū partē vnā et
infunde ī aq̄ tepida p̄ diē & noctē. tñc exp̄me
fortiter vt null⁹ humor ī eis remaneat. deidē
de sinapi tritā cū aceto cū eis misceas dili-
gēter diu & miscēdo: & sit sinap̄ pars vnā & si-
cū pars alia. si vehemētioris vtutis facere
volueris pone de sinapi ptes. ij. si aut̄ min⁹
ex sicub⁹ ptes tres: & ex sinapi ptē vnā q̄n aut̄
applicat̄ loco dimittat̄ in eo. & auferat̄ añ
quā vulneret̄ loc⁹ & pp̄rie q̄n solū calefacere
op̄z. & q̄nq̄ dimittit̄ donec vulneret̄: & pp̄e
q̄n p̄fidarū materiē exclusionē q̄ris sicut
in talib⁹. in defectu vō sinapis: s̄ q̄bale capri-
ne ponat̄ p̄diē ī aceto īfusa: ē ad hydropi-
sim & duritiē & dolorē splenis efficac. & q̄nq̄
addit̄ in eis simus colūbarū agrestij & ra-
dix enule & semē nasturtij. & grana lauri: & cō-

De emplastris.

fert ad frigiditas et v̄tosas egritudines viscerum et splenis et hydropisum et similia et est expertum ab antiquis medicis.

¶ **I**stud emplastrum apud nos non est multum in usu. dñs Rasis in libro diuisionum in. c. de sciatica et dolore iucture an che hy etia hoc emplastrum. sinapis autem semel est satis notum. columella in libro de cultu herborum inquit. scilicet lacesse si sicutum factura sinapis. hec apud arabes cardedel b̄. Sera autem in. c. de sinapi ex auctoritate Dia. inquit eligendum est illud quod non est siccum nimis neque extenuatum habens granum grossum: et quod frangitur est album interius et est humidum: nam istud tale est nouum bonum.

¶ Squibale caprine: apud auctores non inuenitur capitulum sub hoc nomine: sed squibale apud grecos stercola sunt unde per squibales capinas intelliguntur stercola caprarum: et sub isto vocabulo Rui. et alij de eis loquuntur.

¶ Columbi agrestes sunt multorum speciem sunt columbi quos rustici fauucios dicunt: quorum ortus sunt in arboribus: dñs Rasis in li. j. amphousiorum inquit alchemichri. i. colube siluestres: existima uerum quidam quod colubus siluestris sit ille qui apud Auicennam in. ij. canoni. dicitur guarescen: sed non est certum.

Emplastrum diafinico descriptio alexandri.
℞. dactylorum vicinorum maturitati sine ossibus. ʒ. v. tortellarum de seni. ʒ. j. citoniorum et perzie carniuum eorum decoctorum in uino stiptico. i. forti. ʒ. j. storacis. i. calamite. mastice. laudani an. ʒ. iiij. acacie: succi agreste florum uuarum agrestium. rosarum sandalorum citrinorum. marchasite. ramis. mirre. riloaloes. an. ʒ. iiij. cere. ʒ. iiij. olei rosati. ʒ. xv. uini pontici quantum sufficit ad infundendum infundenda et coñice ipsum secundum artem et lini ex eo super laminam: et cum riloaloes suffumiga et superpone.

¶ **I**stud emplastrum est multum in usu: maxime secundum istam descriptionem que est de mente alexandri: ipse uero Mesue describit unam aliam descriptionem: sed non est tante utilitatis ut est ista tamen infra apparebit.

¶ Tortelle de seni. i. panis assus et ab aliquibus uocatur panis azimus: et ab alijs biscotel: et eius modus est multiplex secundum diuersa loca: nam secundum quosdam est panis biscotelus factus de floribus farine de illa contrata uel de illa regione que dicitur seni. Jo. mattheus gradus in ca. de fluxu uentris in generali inquit huc quoque addatur panis biscotelus de Syria. semper quod intencum factus cre confectione ad modum emplastrum ad magis incorporandum: nam talis panis sic biscotelus infunditur in uino uel aceto: et cum pulueribus facta expressio reducit ad formam emplastrum et talis panis biscotelus appellatur tortelle de seni. et a mesue ponuntur in emplastro diafinico sine dubio tortelle. de seni in emplastro diafinico intrans: sed eius modus non est: ut docet Jo. mattheus gradus. et ignoratur quid sit. Suleimus pla. in troc. de viperis docet modum faciendi ut ut ostensum fuit ibidem: si melius infra iterum ostendat. Mattheus autem siluaticus inquit passim. i. tortelle panis azimi biscote de seni. i. de terra hierusalem quoniam ibi arabes impastant eam cum aqua decoctionis mastice et passularum: uerum sunt et hominibus qui solum impastant eam cum aqua decoctionis mastice: sed non recte: nam hodierni maxime sapientes impastant ut dixi et eius modus est quod accipitur farina frumenti purgata a fursure quantitas quam uolueris: et impastetur ea cum aqua decoctionis mastice et passularum quantum oportet: et fiat ex eis panis in forma panis qui manducatur et decoque in furno tantum quod in colore efficiatur niger: et quod facilius teratur et pestetur: ubi opus. Ili. panis azimus est panis non fermentatus: nam azimus est sine fermento sincerus acrimus leuiter fermentatus quasi acrosimus: flores uere agrestis sunt flores lambuscere: hec est quod Dia. enachi uocatur. Mattheus sil. in. c. de enario inquit ex aucto. Dia. Enarium flos est vitis agrestis que cum fecerit flores coligendi sunt et desiccandi: et alio nomine uocatur vitis: flores eius optime redolent et siccantur in umbra et cista reponendi sunt: melius nascitur in Syria. idem in litera ait. tantum. i. flos lambuscere: et flos vitis agrestis. idem dicit in litera massans marchasita est lapis qui ab aliquibus uocatur luminans eo quod percussus ferro ignem emittit. dñs Mesue in ca. de lapide stellato de ipso loquitur. et hic est lapis qui a Dia. uocatur lapis pirrides: et dicitur a pir quod est ignis: quia percussus ferro ignem emittit.

¶ **Emplastrum diafinico confectio tatiui stomachi.**
℞. fiat cerotum cum cera. ʒ. ij. olei rosa. olei nardini an. ʒ. iiij. deinde. ℞. dactylorum siccorum numero. xl. tortellarum de seni. i. panis uisti. ʒ. v. deinde funde biduo in uino odorifero et accipe carniuum citoniorum decoctorum in uino. ʒ. viij. et tere cum dactylis confectione ultima et misceatur cum ceroto et contundantur in mortario donec aggregentur deinde perice super ea mastice. olibani abinthij romani sicci. an. ʒ. ij. ligni aloes macis mirre aloes. spice. acatie. galie. ramis. calami ro. an. ʒ. j. laudani. ʒ. ij. et iterum conterantur donec permisceantur. deinde lini super laminam ex eo suffumiga cum riloaloes et pone super stomachum et epar et viscera. de meliori autem operatione est ut mastix et laudani cum cera et oleis misceantur: et sic cum ceteris emplastrum fiat.

¶ **I**stud emplastrum est in usu: sed non tantum ut predictum: quod dicitur esse ex descriptione alexandri. dicitur emplastrum diafinico. i. de dactylis: species autem dactylorum sunt modernorum opinionem due sunt. scilicet domestici et siluestres. domestici autem sunt fructus ex palmis domesticis. et isti sunt noti. siluestres uero sunt dactyli dicitur acetoli. et isti sunt tamarindi ut allegat dominus Mesue in cap. de tamarindis. eius arbor a multis alcor uocatur. unde Joan. Serapi in cap. de debilitate panis inquit. oleum de calca. id est oleum de floribus dactylorum.

Emplastrum filij zacharie. ℞. cere citrini. ʒ. ij. medulle cruris vacce: adipis galline mucillaginis seminis lini an. ʒ. ij. olet de lino quantum sufficit. si autem fortius facere uolueris adde mucillaginis altee: et mucillaginis fenugreci partes conuenientes: et pro oleo de lino ponatur oleum de cheiri citrina. i. de viola citrina uel vtrunq; et si adhuc fortius facere uolueris adde isopi bamide et glutinis danabam quantum de una mucillaginum et miraberris effectum ad ea que diximus.

¶ **I**stud emplastrum apud medicos papiesca non est multum in usu: immo est in usu apud medicos mediolanenses: quoniam in ipso inuenitur uirtus mirabilis: nam lenit duritiam nodositarum iuncturarum et multa alia operatur.

¶ Gluten autem danabam uel zachach. de ipso uideam emplastro diaquilon supra.

Emplastrum de allijs descriptio alexandri.
℞. spicarum allij mundatarum. ʒ. ij. storacis

aloes boni. bdellij. añ. ʒ. iij. terbetine. ʒ. iij.
arugie porcine recētis adipis anseris añ. ʒ.
v. masticeis olibani añ. ʒ. j. ʒ. enforbij. ʒ. j. cro
ci. ʒ. j. cere citrine. ʒ. iij. olei nardi. i. de spica
nardi et vini odoriferi ana quātum sufficit.

¶ Istud emplastrū non est in vsu. Aliū autē dicitur q
oleat. maxime alliu domesticū ʒ est aliud qd intelligit
quādo simpliciter ponitur: ʒ est aliud alliu qd agreste
vocatur. ʒ istud appellatur scordeon seu tyriaca rustico
rum. Sera. in cap. de allio: ex auctoritate Dia. inquit al
lium aliud est domesticū ʒ aliud agreste. et est quoddā
ex eo qd inuenitur in babilonia qd non est diuisum in
dentibus ʒc. columella in lib. de cultu horoz inquit. al
lia que in fractis spissis ʒ olientia ʒc.

Emplastrū relatiū ad aristarū. ʒ. cere citri
ne. ʒ. j. terbetine. ʒ. vj. arugie porcine re
centis adipis anseris: medulle cruris vacce.
añ. ʒ. iij. bdellij. mirre. olibani. storacis. opo
poponacis. aloes. masticeis añ. ʒ. j. ʒ. armo
niaci. ʒ. iij. colofonie. i. picis grece. ʒ. vj. alu
minis. f. aluminis qd a vulgo de pluma vo
catur. ʒ. j. spice. ʒ. vj. folij id est malabastri. po
ne macē loco eius calami aromatici: eufor
bij. granoz lauri añ. ʒ. vj. olei balsami lib. j.
olei nardini: ʒ vini odoriferi qd sufficit. con
fice sicut sepe narrauimus ʒ vtere.

¶ Istud emplastrū apud medicos popiēses nō est mul
tum vsuale: sed apud medicos mediolanenses magis.

Emplastrū de melliloti. ʒ. melliloti. ʒ. vj.
florū camomille fenugreci granoz lauri. ra
dicū altee ʒ absinthij. añ. ʒ. iij. seminis apij.
cordamenti ireos ciperi ameos anisi. id est se
minis feniculi romāi. spice cassie añ. ʒ. j. ʒ. san
fuci. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. x. storacis: bdellij añ. ʒ.
v. terbetine. ʒ. j. ʒ. ficuum pinguium nume
ro. xij. sepi caprini: refine ana. ʒ. ij. ʒ. cere. ʒ.
vj. olei sanfuci et olei de spica. q. s. aqua de
coctionis fenugreci ʒ camomille ʒ melliloti.
q. s. ad infundendū infusione diligētī miscea
tur ʒ cōficiantur et epithimetur cum eo.

¶ Istud emplastrū est in vsu apud omnes: maxime fm
istā descriptionē: qd inuenitur in ipso mirabile inuamē
tum ad omnē duritiē que est in stomacho ʒ multa aliā.
Bar. montagnana in suis cōsiliis in consilio de indige
stione habet hanc descriptionē: sed non est oīno similis
nec vsualis. ʒo. cōcoregius in ca. de spasmo ʒ tethano ʒ
euzer: ponit emplastrū etiā molitiū cōpotens ʒ est em
plastrū de melliloti. ponitur a Mes. in suo antidotario.
et sic ista descriptio Mes. est nobilior: aliū mellilotū autē
est nomen cōpositū a meli ʒ lothos qd est trifoliū: vnde
mellilotū inter species trifolij enumeratur. quiddā fertu
lam campanā vocant: eo qd certo antiqui coronabant.
et propter id vocatur etiā corona regia. Sera. in cap. de
melliloti ex auctoritate Isaac ebē amarā inquit. echi
le melich est herba que habet folia rotūda viridia et ra
muli eius sunt subtilis multū ʒ folia rara ʒ fructus ha
bens vaginas subtilis rotundas sicut virgē puerorum
parvulorum: sunt in eis grana pauca glauci coloris
rotunda maiora grana sinapio: ʒ quod de ipsa admini
stratur sunt ille vagine euz eo quod est in eis ex granio
mitoz qd hodierni generaliter ista herba non vtiatur nisi

floribus ʒ nō semibus vt vult Isaac: ʒ Auerois in. v.
colliget air. al. heilac. melec. i. mellilotū vel corona re
gia. circa instans aut. mellilotū herba est cuius semē si
mili nomine appellatur corona regia scilicet cum ipso
cornibus colligatur per quatuor annos seruiatur. semē
cū cortice in medicina ponitur ob qd miro: vt dictum
fuit: quia apothecarij id non faciunt: hec autem herba
apud mosin ciuitatibus inuenitur cum flore croceo bo
ni odoris vt est notum. Cordament. i. carui agreste. ʒ q
lio nomine a romanis charda vocatur. apud nos chei
sim campestre dicitur.

¶ Sanfucus fm Diase. a siculis amarus nominat
herba est ramosa multas virgas super terram sparsas
habens cum folijs paruis ʒ rotundis non dissimilibus
nepte. i. calamito. ʒ hec est herba que a nobis maioras
na vocatur que nota est.

Mixtura ad vulnera sananda. ʒ. gariofila
te radicū arthemisie pimpinelle camomil
le pentafilonis violarū herbe venti caulis
rub. canapis renate omniū ana. ʒ. j. rubee
quantū de oibus: hec oia bulliat in vino vsq
ad medietatem postea cola ʒ colature adde
tertiam partem mellis ʒ cum eo bulliat dein
de cola ʒ vsui referua.

¶ Gariofilata herba est similis agrimonie cuius radix
odorē gartoflorū refert: hec apud nos iuxta fossos inue
nitur: ʒ a multis sanamūda vocat. ʒ apud herbaricos
dicitur pes leporinus: quod falsum est.

¶ Verba venti. s. herba venti maior que paritaria voca
tur: minor autē vocat cōsolida minor vt dictū fuit supra
in vnguento martiatō. paritaria autē apud Rui. in. h. ca
non. vocatur herba vitri. sed apud dia. vocatur allinem
aut parthemō qd falsum est: qd parthemō apud ipsum
est herba quē a modernis rebue vocatur ʒ apud sera.
matricaria. ʒ sic si legis ca. de parthemon apud dia. cū
ca. de matricaria apud sera. videbis qd idē est: ergo par
themō nō est paritaria: hec paritaria apud nos nascit
insectis ʒ vocant eam rustici vraghijum.

¶ Caules rubri sunt caules sic nominati: quia eorum
color rubeus est in ortis inueniuntur: quorum folia et
stipites rubrum habent colorem.

¶ Canapis renata. i. silicistrio. ʒ quoddā. iste tex. est co
ruptus qd dicitur canapis siluestris aut summitates
canapis: oīnus aut flo. in suo antidotario habet eandē
mixturam ʒ loco eius habet summitates canapis.

¶ Rubra scilicet rubea tinctorū de qua diximus supra.
Emplastrū aplicus fm Plico. in suo antido
tario. ʒ. litargirij. ʒ. vj. cere rube: coloso
nie. i. picis gre. ana. ʒ. ij. propolei visci quere
cini añ. ʒ. j. armoniaci lapidis calaminaris
añ. ʒ. vj. masticeis olibani mumie añ. ʒ. j. tere
betine. galbani. bdellij. mirre. calcecumameo
non: sarcocole lepidos calcis. diptami. aris
tologie longe prassij viridis oppoponacis
¶ Calamentū tā montanū quā fluuiale colligendū est in mense Julij: z exiccandū est in ymbria: exiccatio enī facta in sole operationē ei⁹ debilitat z eo tempore colligit pulgū. Quinq; de causis medicine miscent simul. Primo vt virt⁹ earū fortificetur: z hac de cā scamonea miscet cū medicinis alocticiis z zinziber cū turbith. Secūdo vt cito faciat alias medicinas transire ad locū debiti. z sic crocus admiscetur auro z argento. aurū enī z argentū sua ponderositate ad intestina descendūt: nec ad venas possunt penetrare. et crocus facit eas ad cor penetrare. Tertio miscemus vt cito medicina nō transeat ad venas: vt cū volumus epar deopilare per diuretica: quia illa sunt cito penetrantia ad venas permiscemus aliā medicinā vt raphanū. Raphan⁹ enī hz pprietatē attrahendi humores ad stomachū. Quarto vt vna p aliā debilitet. z sic miscem⁹ cū violis. vt cū cassia fistula mirabolanos. Quinto vt malitiā alterius remoueat vel impediat. vt zinziber cū scamonea sūctū. scamonea enim debilitat stomachū z zinziber confortat.

¶ Descriptio. ix.

Dianthum Mesue valet grosse ventositati stomachi: z frigiditati: z abundantie flegmatis crudi in ipso. R. anisi. 3. xx. liquiritie masticis añ. 3. j. carui macis galage zinziberis seis feniculi cinamomi ana. 3. v. triū piperū s. piperis albi nigri et longi calamenti: scilz montani piretri cassie lignee añ. 3. ij. beil. id est cardamomi maioris garosilozum cubeborum croci spice. 3. j. 5. zuccari. 3. ij. puluerizentur ista satis subtiliter. Mellis lib. ij. z fiat electuarium in bona forma.

¶ Notādū qd in electuarijs de melle ac de zuccaro semper in eis species aromaticæ ponēde sunt post eorū aliquale infrigidationē: quia si ponerentur melle vel zuccaro existente ad huc ad ignem vt quidam mentecapiti faciunt: virtus aromatum perderetur.

¶ Feniculi z anisi cum simplr scripti reperiunt in cōfectionibus vel electuarijs: de ipsorum seminib⁹ est intelligendum cum ea magis ad vsum medicine cōueniant.

¶ Descriptio. x.

Diatriton pipereō Mesue qd calefacit stomachū z ventrē remouet dolorē eorū ex humiditatib⁹ flegmaticis multis et crudis: et mundificat stomachū ab ipsis z valet cōtra acidos ructos: z digestionem procurat. R. trium piperū. s. albi lōgi z nigri añ. 3. v. zinziberis hasce. i. thimi anisi añ. 3. ij. spice ameos amomi cinamomi ana. 3. j. cassie lignee seminis apij sileos. i. sileris mōtani semis affari enule sicce. s. radice añ. 3. 5. puluerizent oīa satis subtilr. mellis colati cocti z dispūati. 3. vij. fiat electuariū. Dosis ē a. 3. j. vsq; ad. 3. ij.

¶ Piper albū nō est illud qd esparnū contra eū qd habet corticē grossum. Sed est illud qd est magnū grauis pōderis sine contra ctione subtilissimi corticis. Et illud

plus confortat stomachū quam due alie species.

¶ Nulla dz esse secca: eo quia maioris est desiccationis quam quando est recens.

¶ Cassia qm in libris auctoz reperitur absolute scripta considerandū est si cōpositio illa in qua intrat est solutua vel lentitua z tunc debem⁹ ponere cassiā fistulā. Si autē non est solutua nec lentitua: sed calefactua cōfortatua vel apitua oppilationū: tūc debem⁹ ponere cassiā lignēā. z hoc fit de gñali regula z documento.

¶ Descriptio. xi.

Diacurcuma magna z Mesue conferēs ad egritudines antiquas: z cacetiā: z hydroptis uenamentū manifestū. z eradicat egritudines epatis z splenis cronicas q̄ tā idurate sunt: et confert ad fedtatem coloris z corruptioem stomachi z humiditatē frigidā z vento sitates grossas in eis z dolorē renū z vesice. z vrinā prouocat. R. croci affari seminis petrosilij dauci anisi seminis apij añ. 3. 5. ramed sceni. i. reubarbari z seu. i. seminis aneti siluestri. aliq dicūt qd radix est efficacior. spice nardi añ. 3. vj. costi mirre cassie lignee squan ti carpobalsami. i. se. balsa. rubee tictoz succi absinthij succi eupatorij olei balsami. i. li. quozis emanatis ab arboze balsami añ. 3. ij. calami aromatici cinamomi añ. 3. j. 5. scorz deon. i. allei siluestris scolopēdrie succi liquiritie añ. 3. ij. 5. dragagati. 3. j. puluerizentur subtiliter omnia mellis dispumati z cocti li. ij. et fiat electuarium in bona forma: dosis eius est a. 3. j. vsq; ad. ij.

¶ Dicitur diacurcuma: qz color assimilaf curcumē: vt dicitur a croco qui crocus apud grecos ē: crocō: qd in ea ingreditur bona quantitate. Et qz vocabulū est corruptū ē: diacurcuma. sed debet dicere dia crocon.

¶ Insup nota qd oēs medicine pfortitates epar: et valentes epari debent bene teri z subtiliter cribellari.

¶ Balsamus est liquor emanās a stirpe illius arbusculi. z dicitur oppobalsamū: z oleū balsami: vel balsamū absolute. Et qz perfectū z verū non nisi cum difficultate haberi pōt: igitur loco eius ponit istud oleū hoc modo factū qd describitur a Sui. pia. dicens qd habet virtutē balsami: z ponit in omni compositione in qua balsamū intrat loco ipsius. Modus faciendū oleum illud talis est. R. terebēntine lib. ij. olei cōis li. ij. olei laurini. 3. xvj. cinamomi. 3. ij. enforbiti: garosilozū baccarū lauri gummi hedere serapini: galbani aromatici opponacis añ. 3. j. thuris masticio añ. 3. ij. terant terendā z distillētur ad alembicū lento igne z referua.

¶ Descriptio. xij.

Dialaca magna Mesue conferens ad debilitatē stomachi et epatis: z egritudines factas in eis. opilationes epatis aperit. z oēm duritiem resoluit. lapidem renū z vesice frāgit: vrinā prouocat: z est ad hydroptisim z cacetiā medicina sublimis. R. lace ablute. ramedseni. i. reubarbari ana. 3. ij. spice nardi. masticis seminis apij: cinarum squinantū id est extremitatam squinanti absinthij. succi eupatorij. ameos sauinē: amigdalorum

amararū. costī amari. mirre rubee tinctorū.
semis feniculi anisi assari aristo. s. rotūde gē
tiane. s. radice croci. cinamomi. isopi sicce
cassie lignee. bdelij asi. 3. j. piperis. s. nigri
zinzibe. ana. 3. j. Infunde mirrā 2 bdelliū in
vino 2c. tere subtiliter: 2 confice cum libr. j.
et. 3. vij. mellis colati et dispumati: dosis
eius ab aureo. j. vsq; ad. ij.

¶ Modus lauādi lacam ponitur a pādecis ca. ppio
de lacā in hunc modū. Tere gummā lace 2 laua illā in
mortario postq; bene pistata fuerit lauacionibus pluri
bus ex aqua fontis in qua bullierit aristo. lon. 2 squinā
ti. añ. partes equales: 2 rādiū lauetur cū hac aqua qđ
clarecat semp cū pestillo agitādo. deinde dimittat resi
dere: postea coles aqua 2 in umbra permittat desiccari
q̄ desiccata reseruetur. 2 hic est modus. Et ex ista lotio
ne lacā acquirat subtilitatem 2 aperiēne maiorem.

¶ Medicinarum ablutio fit quinq; de causis.

¶ Primo vt a cutas que in medicina est auferatur: et
hoc modo abluatur cal.

¶ Secūdo vt fordes remoueātur 2 abijciantur: 2 hoc mo
do abluatur oleum 2 cera.

¶ Tertio vt possit meli⁹ pteri: 2 hoc modo abluat turia.

¶ Quarto vt eius malicia auferatur: 2 hoc modo laua
tur lapī lazuli: vt remoueatur quedā virtus naucaui
ua: 2 cōp: essina sola remaneat.

¶ Quinto vt acquirat maiorem subtilitatem: 2 hoc mo
do lauatur lacā que efficitur subtilior: ad aperiendum.

¶ Descriptio. xij.

¶ Cōfectio anacardina. Desue: 2 est cōfectio
sapientū 2 eorū q̄ desiderāt scire: acuit em̄ in
tellectū 2 subtiliat sensum 2 memoriā repa
rat. 2 cōfert dolori stomachi 2 ventris a frī
giditate facto 2 clarificat sanguinē 2 colorē
bonū facit. R. piperis macropiperis. i. pipe
ris longi. mirabolanozū. chebulozū embli
corū: bellericorum indozū vindebedust. i. ca
stozei añ. 3. ij. costī anacardi. zucchari tabar
zet. i. zucchari albi: burungi. i. nigelle: bacca
rum lauri ana. 3. vij. ciperi. 3. x. Tere anacar
dos per se: deinde medicinas alias: 2 cōfice
cū butyro vaccino 2 melle añ. li. j. proyiciēdo
primo butyrū post ea mel deinde alias me
dicinas subtiliter puluerizatas: dať post sex
menses: 2 dosis eius est. 3. ij. cū aqua fenicu
li 2 apij: 2 caueat assumens a labore tra cof
tu 2 ebrietate. Oēs mirabolani ponunt in
hac cōfectione ad frangēdū malitiā anacar
dozū. Nisi em̄ illi ponerētur ipsorū malitia
oēs alias medicinas corrūperet igif in hoc
bene aduertant apothecarij. Anacardi sunt
fruct⁹ cuiusdā arboris qui habēt similitudi
nem cū corde aniū paruarū habentes intrin
secus rubedinē quandam ad similitudinem
sanguinis: 2 nascuntur in Sicilia in monti
bus igneis: qui continue comburūt. 2 ab ip
sis denominat cōfectio anacardina. Et no

ta q̄ isti fruct⁹ dū sunt recētes cōdiunt cum
melle hoc modo. liq̄facto melle in eo ponun
tur 2 diu morant in eo 2 illud tale mel voca
tur mel anacardū: 2 habent in vsu absq; di
ctis anacardis. Et aliqñ ingredit in electua
rijs: vt inferi⁹ apparebit. Et illud tale mel
bz intensiore gradū caloris 2 siccitatis quā
mel purum: q; anacardi sunt calidi 2 sicci in
quarto gradu. Nec sunt pediculi elephātis:
vt quidam false dicunt.

¶ Burungi de eo: est magna inter doctores differentia.
Christoforus de honestis sup illū passū exponit q̄ est
nigella: 2 q̄ nigella est semē nigrū odoriferū: gentilis ve
ro exponēs illā cōfectionē inquit burūgi sunt grana si
milis piperi que nō habem⁹: sed illozū loco fm quosdā
ponit cataputha: alij vero dicūt q̄ est quedā herba hñs
folia silia rute faciens semen in vaginis simile nastur
tū que mordēt linguam. Sed prima opi. est melior: ma
gisq; ad mentē aurois: cū nigella cerebri confortet hu
miditatēq; ipsius desiccet que admodū cōfectionis vir
tus est: quare nigella ponenda est 2c.

¶ Descriptio. xiiij.

¶ Cōfectio de scorīa ferri Rasis. ix. alman.
cap. de emorroidibus quā dicit mirabiliter
valere pro cōstringēdo fluxu immoderato
emorroidarū retinens etiā fluxū exuberans
tem mēstruozū in mulierib⁹: afferens etiā
inuamentū in fluxib⁹ ventris cronicis: 2 da
tur inquit ipse oī mane ad quantitātē casta
nee. R. mirab. embli. nigrozū. i. indozū. belle
ricozū añ. 3. j. spice squinanti ciperi zinzibe
ris piperis. s. nigri ameos olibani ana. 3. ij.
scorīe ferri pparate. 3. j. puluerizent oīa sub
tilissime: et conficiantur cum melle dispu
mato quod sit coctū cum apozimate embli
corum. 3. x. 2 fiat in bona forma.

¶ Preparat scorīa ferri hoc modo. Accipe scorīā ferri
quātitatē quā volueris: 2 eā infude i aceto fortissimo p
hebdomadā. oī oīe acetū mutādo: postea pñciat sup la
minā ignitā 2 torrefiat: deinde subtilissime puluerizen
tur: 2 reserua: hoc enim est ipsius preparatio: quare 2c.
¶ Mel cū opozimate emblicozū hoc modo fit. R. mira
bolanozū chebulozū 2 emblicozū añ. 3. xx. terantur 2 in
tribus libris aque coquantur donec ad vnā remaneat:
2 postea coletur in colatura vero ponatur mellis boni
lib. j. deinde bulliāt donec aqua a melle consumpta sit.
et hocfacto habes mel cum apozimate emblicozū qđ
in hac cōfectione ingreditur.

¶ Descriptio. xv.

¶ Electuariū de cinerib⁹. Qui. fen. xvij. tertij
ca. xix. qđ dicit esse medicamē forte 2 ab ip
so expertū in cōminuēdo lapidē renū: 2 cō
ueniēs etiā lapidi vesice extrahēs ipm. R.
cineris vitri cineris scorpionū: cineris radi
culū cauliū. nabati sunt caules nō trāsplāta
ti cineris leporis lapidis spōgie sanguis bit
ci ericcati 2 pparati ciner⁹ corticū ouf. a quo
pull⁹ egressus fuit lapidis iudaici gūmi nu
cis. s. vsualis acozi. s. radice añ. 3. j. seminis

petrosilij dauci. i. semis pastinace siluestris
pulegij gummi ara. seis althee piperis scz nigri.
an. 3. j. j. puluerizetur oia subtilissime.
mellis cocti 2 dispumati. 3. x. 2 fiat electua
riū qd bñ obturef: ac sepe cū spatula cōmī
scaaf 2 dosis ei⁹ est vsqz ad aūf. ij. cū aqua tri
bulorū decoctorum cū ciceribus nigris.

¶ Utrum cōburit hoc modo. Teraf bene deinde repo
natur in crucibolo vel captia ferri 2 ponaf sup prunas
semp insufflando donec rubeū fiat deide ab igne remo
ueaf. Si erit incin cratū bene est. Aliter iterū ponaf su
per prunas 2 insufflet: 2 nō delinas sic facere donec in
cinerē 2 de eo vtere. Scorpiones hoc modo pburunf.
Accipe scorpiones viuos quantitatē quam volueris: 2
pone in olla noua claude eā lutando illā cū pasta vl cū
terra 2 pone illā in furno calido 2 dimitte illā p diē 2 no
ctē deinde extrahe et cinerē ipforū habebis.

¶ Caules nabati. i. caules nō trāspātati: hoc modo cō
buruntur. extrahe radices a terra: mundentur ab oi im
mūditia: deinde in frusta incidātur 2 ponantur in olla:
2 cooperiatur olla cooperto perforato ita vt fumus pos
sit exire. 2 ponatur in furno. 2 dimittantur per totū diē:
in sero remouētur 2 reperies in dicta olla tanquā car
bones postea dictos carbonē fere bene 2 in alia olla
parua reponē: 2 cooperi luto eam: 2 reponatur in fur
no 2 dimitte per diem 2 noctem: et tantum ac tam sepe
hoc facias quod carbonē in cinerem album esse con
uerfum reperies: 2 illo vtere.

¶ Modus incinerandi leporē. Accipe leporē viuū 2 de
colla illum 2 reponē in olla noua cū toto sanguine et
pelle bene obturando ollam. deinde ponatur in furno 2
tantum dimitatur q incineretur 2 de dicto cinere vte
re in electuario supra scripto.

¶ Cortices ouorū hoc mō incinerent. Accipe cortices
oui a quo pull⁹ egressus fuit 2 bene pistent. deinde po
nant in olla noua que bene obturata sit ponaf in furno
et dimitatur per noctē in mane. si sunt incinerate bene
est sinautē bene in furno dimittantur vsqz quo sint inci
nerate. et nō. q quāto amplius coquunt tāto magis al
biores reddunt et incinerātur. 2 de eis vtere. Serapi. et
auctor: pandectarū volūt q differētia sit inter dauci et
baucie. 2 dicit q dauci est pastinaca siluestris: baucie
vero pastinaca domestica. 2. vero q dicitur inter eas
nullam differentiam faciūt: tamen in vsu est 2 tenetur
opinio pandectarum 2 Serap.

¶ Sanguis hirci in hoc electuario ingrediēs hoc mo
do preparandus est. accipe hircum. iij. an. in diebus ca
nicularib⁹. qui sint dies caniculares ifra describent rob
nucū et nutriaf sa rfragia feniculo apio petrosilio pu
legio hedera squinato: genestra cap. ve. politrico vel lu
pul. potetur ho optimo vino: et si ad aliqualem acetosi
tatē tenderet melius esset: semperq in sole teneaf et hoc
mō nutriatur saltim p dies. xl. deinde cū incipit vna
ei⁹ denigari: sumaf olla noua 2 fundaf i ea aqua 2 fer
ueat donec auferat ab ea terretas q in ea est. Deinde
decollet hircus 2 accipiat ex medio sanguine qui cur
rit ex eo in olla 2 nō accipiatur prim⁹ sanguis neqz po
stremus et nō amoueat donec coaguletur. deinde inci
datur in ptes duas eo existente in cōcauitate olle 2 co
operiatur cū rete stricto: aut cū panno subtili raro. Et
dimitatur sub celo donec recipiat radios solis 2 lune: et
dimitatur ipsum donec ericetur bene: 2 caue ne adue
niat ei humectatio ex rore. Nec decollandus est nisi sa
nus sit hircus: et ex dicto sanguine vtere in oi medicina:
et in omni loco in quo scriptū reperis sanguinis hirci.

¶ In collectione mineraliū tres cōditiones cōsiderāde
sunt primo eligantur a mineris notis 2 famosis. secun
do q non sit admixtum quod impediāt ei⁹ cognitio
nem. tertio q non habeat substantiam transmutatam.

¶ Descriptio xvj.

Diasatirion a Desue seu cōfectio testiculo

rum vulpis et est secunda descriptio que est
melior: et in vsu faciens ad erectionem vir
ge 2 multiplicans sperma 2 desiderium co
eundi. R. Secacul albi 2 mundi elixati. i. co
cti in aqua cicerū: quorū electa sit aqua pri
ma li. j. satirionū. i. testiculoz vulpis q ab
scinduntur a patre suo. i. a stipite suo etiā eli
xatorū in aqua dicta. 3. vij. radicz raphani
f. siluestris. 3. iij. luf plant. i. serpentarie vel
dragontee. 3. ij. teranf hec omnia 2 infundā
tur super eis lactis vaccini vel ouini quāti
tas que supemineat radicibus duobus digi
tis. olei sisamini butiri vaccini recentis an.
3. iij. coquantur hec oia cū facilitate vsqz ad
spissitudinē. et si adhuc radices nō bene co
cte sunt: fundatur iterū super eas ex lacte et
oleo et butyro an. partes equales vsqz dum
pfecte coquatur: 2 post hoc infunde sup hoc
totū mellis boni 2 dispumati li. vj. succi ce
pe hūide. i. recēt⁹ li. j. decoq oia simul vsqz
ad pfectā coctionē 2 post hoc remoueat ab
igne. 2 pice sup eā puluerē hūc cui⁹ hec ē p
mixtio. R. caudarū stinci cū renib⁹ 2 sumie
i. ab umbilico ifra. 3. j. leis eruce zinziberis
albi 2 mundi been albi 2 rubei lingue auis
i. seminis fraxini seminis nasturtij cinamo
mi piperis longi baucie. i. seminis pastina
ce domestice sinapis scz seminis napi sem
nis asparagi ana. 3. 5. conficiantur cum eis
is primo subtiliter puluerizatis: vltimo ve
ro ponatur hec alia in medicina predicta pi
nearum mundatarum li. j. 5. fisticozum mū
datorum. 3. x. cerebelloz passerū. 3. x. pistē
tur tria hec subtilissime oia per se deide be
ne cōmīsceantur simul 2 in fine aromatizen
tur cum. 3. j. musci boni. 2 dosis ei⁹ est ab. 3.
5. vsqz ad. 3. j. cum bono vino puro 2 pauco
2 sumitur i sero cum itur dormitum.

¶ De secacul inter doctores est diuersitas auctor. pan
dectarū et Desue dicunt q secacul idem est. q tringus.
et tringus idē q secacul. Simō vero ianuef. Sera. in
lib. de simplici medicina in. vj. lib. sui breuiarij 2 Au.
dicunt: qd secacul est radix zinziber que appor
tatur ab india. verum in vsu est et accipitur tringus pro
secacul quia eo caremus. Aliqui dicunt q secacul est si
gillum sancte marie. Quare prima aqua ciceris abijet
tur: 2 in seba lauant satirionē 2 secacul quod prima
est abstersina prohibens inflationem et ventositatem ge
nerari. secunda vero est multum ventosa 2 inflatus. et
cum hoc portatus aliarum medicinarum ad genita
lia membra.

¶ Stencus est quoddam animal simile laerte. degens
in ripis aquarum secundum flumen nili. In hac conse
ctione pro. omni lib. j. mellis cocti 2 dispumati ponende
sunt 3 iij. specierum cribellatarum. si habere debet vir
tutem a Desue scriptam. Tringus et taxus barbatus
colligendi sunt in mense octobris.

Incidenter hic notandum est qd hoc electuarium duplici ratione solet dari hominibus: primo exhibetur corporibus exiccatis ad humectandum et tunc debent exhibere de eo .j. s. in mane per horas quatuor vel duas ad minimum ante prandium datur. et secundo ad augmentum coitus et virtutis membri erectionem et tunc ipsam exhibere debent vesperis ante cenam per duas horas cum modico vini subtilis et odoriferi. et copioso dicti electuarii est: et parata inter calidum et frigidum humida tñ ad fm gradum.

¶ Descriptio. xvij.

Diarris Nicolai sic dicitur a radice illa que ireos vocatur pdest diuiniacis orthonicis. et tussientiibus ex flegmate grosso. et voce deperditam restantur si fuerit ex frigiditate etc. Radicum ireos. .j. pullegij y fopii ligiritie añ. .j. vij. amigdalorum scz amararum dragaganti pinearum cinamomi zinziberis piperis añ. .j. iij. caricarum carniū dactiloz. passularum enucleatarum ana. .j. iij. s. storacis ru. .j. .j. .j. puluerizent subtiliter oia mellis cocti et dispumati lib. .j. s. et fiat electuarium. Hypopi si simpliciter scriptum reperiat de herba sicca est intelligendum et in umbra exiccandum est et non solum ipsum: sed oēs herbe aromaticæ. sol enim aromaticitates illam resolvere facit et virtutem destruit.

¶ Pinee et amigdale nisi sint recentes anteqm in pfectio nibus et electuaris pectoralibus ponantur semper debent purgari: vt supra ostensum est. aliter rauentia sua nocet pectori et tussim pronocat. quod bene notent apothecarij in hoc et aduertant.

¶ Descriptio. xvij.

Diapenidion Nicolai sic dicitur a penidijis que ibi intrant plusq̄ de alijs speciebus. valet ad omne vitium pulmonis et tussis ad raucedinem vocis factam ex siccitate et ptificis subuenit. Rad. penidiarum. .j. xvj. seminis pinearum amigdalorum preparatarum: hoc est mundatarum. semi. papaueris albi añ. .j. iij. .j. garioflorum et cina. zinziberis succi liquiritie dragaganti gummi ara. amidii. semi. citruli. se. melonum. seminis cucumeris. semi. cucurbite mundatorum añ. .j. s. j. seminis camphore tertiaz partem vnus. .j. s. gra. vij. Sirupi violati. q. s. puluerizetur subtiliter puluerizanda et coteratur coterenda. deinde cofice sic. in lib. .j. aque storacis violarum. .j. iij. bulliant donec aqua aliquantum inficiatur postea coletur et colature addatur lib. .j. zuccari: et bulliant donec incipiant inspissari. Tunc addatur pinee amigdale et supra scripta semina vnūquodq̄ per se vnū cōtusum cum spatula semper mouendo. deinde addatur penidij subtiliter puluerizati: et cum liquefacti fuerit illud grossum quod supernatat cum cassia dispumetur: et iterum in mortario proiectatur: et bene terendo et commiscendo. deinde camphora admisceatur.

Ald vltimū puluis suprascriptarū specierū cum supradicto sirupo in mortario semper agitando moueatur: donec incorporetur: demum reueetur in vase vitreato.

¶ Summe ingredientis in hac compositione dissolui possunt in aqua storacis violarum. vel in decoctione prescripta a Nicolao et pinee etiā et amigdale et altero predictorum humectari possunt. ad hoc vt bene conterantur.

¶ Descriptio. xij.

Diadragantum calidum Nicolai. Taliter dictum a dragato recipit et dicitur calidum ad differentiam diadraganti frigidi alterius descriptionis: datur autem in stricture pectoris facta a materia frigida grossa et vitiosa. Rad. dragaganti triduo in aqua temperati lib. .j. hypopi. pinearum amigdalaram mundatarum et excorticarum. semi. lini assi. añ. .j. iij. fenugreci scz se. cinamomi. añ. .j. .j. zinziberis liquiritie. s. radix succi liquiritie. añ. .j. .j. puluerizentur subtiliter puluerizanda. et coterantur coterenda: et cofice sic dragagantum infusum in aqua per linteolum extorque et cum lib. .j. et. .j. vij. mellis cocti vsq̄ ad spissitudinem lento igne semper cum spatula agitando misceat: deinde additis pineis amigdalis seminibus lini et fenugreci ab igne deponantur. et puluis suprascriptarum specierum addatur: et vsui seruetur.

¶ Modus assandi semina lini in eo intrata talis est. accipe patellam vel bernaclum. et super ignem multum calefactam: postq̄ bene fuerit calefactum remoue ab igne. et intus ponas lini semina semper mouedo vsq̄quo sint assata: et si tunc bene assata non sunt iterum vas calefiat a motis seminibus. deinde ab igne remoto iterum semina supra ponantur: semper mouedo vsq̄quo sint bene assata deinde referua: et fm hanc doctrinam oia alia semina debent assari.

¶ Lini semen assatur vt amoueatur humiditas superflua et viscositas: et pl^o assari debet q̄ alia semina. Ideo nota qd oia semina p se assanda sunt: eo qd aliquod semen multum assandum est propter eius viscositatem multam vt lini semen. et psilij. quoddam minus propter eius paucam humiditatem vt semine anisi. et cimini et hmoi. quod bene notent apothecarij. Confectiones he amare per duos annos conferuantur oēs: vt uia ca vero magna longiori tempore seruantur: vt in ipsa scripti.

¶ Descriptio. xx.

Trifera magna Pico. cum opio et sine opio que taliter dicta est: quia magnam utilitatem et fructum mulieribus confert. Datur contra dolorem stomachi virozum et mulierum cum aqua in qua cocta sint semina feniculi anisi et mastice: datur contra vitium matricis ex frigiditate si distemperata bibatur cum vino in quo cocta sit arthemisia. pronocat etiam menstrua si ex ea cum arthemisia bene trita et cum oleo muscelino commixta fiat pessarium ex bombice quod ex istis inunctum in vulua mulieris immittatur: et prouo.

De electua. amaris. distin. ij.

cat etiā menstrua mulieri nō cōcipiēti si def
cū vino in quo cocta sit mādragoza vel sam
bucus miro modo pdest: pueris qui nō pos
sunt dormire. et in nocte nimis garrūt diste
perata cū lacte mulieris in moduz ciceris et
bibita prodest. ℞. cinamomi galāge gario
filorum spice nardi zedoarie zinziberis costi
storacis calamite calami aromatici ciperi
bireos. s. radice paucedani corticū mandra
goze spice celtice acozi rosaz scz rubearū pi
peris. s. nigri anisi seminis apij semi. petrosi
lij. semi. feniculi macedonici. i. apij montani
dauci ozimi iusquiami cimini diptami. añ.
3. j. puluerizent subtiliter oīa. mellis cocti et
dispumati lib. j. 2. 3. ij. hoc mō faciēdo nihil
addendo vel minuēdo erit trisera sine opio.
Si vero cum opio facere vis: addas predi
ctis omnibus opij thebaici. 3. ij. et cum opio
trisera erit.

¶ Si in hac patria mulieres volūt illā in succaro. Ac
cipias igit suprascriptarū specierū sine opio. 3. j. succa
ri li. j. et factas. et dat in modum castaneae. Confectio hec
danda est stomacho vacuo: et differēda est comestio vsqz
quo de ea facta sit digestio. et dicte spēs subtilissime sunt
terende ac puluerizande.

¶ Dicitur etiā cōpositio hec trisera. i. hoīem in uenē red
dēs. Nota qz quāuis in multis cōfectionibus reperies
scriptū mellis cocti qz si etiā cū melle crudo et mīdo pos
sunt cōfectiones fieri: et illud habet min⁹ de spissitudine
et magis de penetratione. igit ab auctorib⁹ sepe inue
nies scriptum mellis cocti: et quandoqz mellis crudi: vt
per hoc intelligas quod vtrunqz potes ponere et con
uenienter.

¶ Descriptio. xxj.

Diabolibanū Nicolai dictuz ab olibano in
grediente descriptionē: valet ad oēs capitis
passiones: lachrymas potēter stringit. dolo
rem emigraneū et superciliorū sanat et squi
nantia curat et c. ℞. castorei opij thebaici ius
squiami añ. 3. ij. castie lignee. 3. j. 3. j. folij cro
ci thuris añ. 3. j. reupontici amomi añ. 3. ij.
5. peonie scz radice macropipe. i. piper lon
gum storacis calamite ana. 3. 5. mirrbe. 3. ij.
grana. v. spice piretri enforbij. Leucopipe
ris. i. piperis albi. añ. 3. j. gra. xv. puluerizen
tur subtiliter oīa. Mellis cocti et dispumati
3. vi. ij. et fiat electuarium in bona forma.

¶ De hyusquiamo cū scriptū reperit semper de semine
et nō de herba est intelligendum: herba est maioris est
venenositatis qz sit semen.

¶ Peonia si simplr scribat de radice intelligēda est: cū
illa magis vsui medicine conueniat qz folia vel semina.

¶ Descriptio. xxij.

Requies Nicolai. Sic dicta eo qz requiem
patientibus prestet: et somnū. et maxime ty
pice febricitantibus quotidianarū tertiana
rū quartanarū acutis et peracutis et c. ℞.

rosarū. s. rubearū violarū añ. 3. ij. opij hyus
qui ami scz seminis papaueris albi corticuz
mandragore scariole semi. lactuce semi. por
tulace philij: scz semi. nucis muscate cinamo
mi succari añ. 3. j. 5. sandaloz alborū: sanda
lorū rubeorū: sandalozū citrinorū spodij: scz
de canna. dragagati añ. 3. ij. grana. v. pulue
rizetur subtiliter puluerizāda. mellis cocti et
dispumati lib. j. 2. 3. ij. et fiat electuarium.

¶ Ista cōpositio a multis corrupte et male componit.
Multi etiā addunt et in suis receptis reperunt vltra pre
scripta Miconis et exponunt qz est papauer nigrū et fal
se: nā idē est qz pauer albū vt vult Gentilis super. v. cañ.
Sed littera debet stare vt prescripti.

¶ Usus istorū opiatorū nō debet esse nisi transactis sex
mētib⁹: et inueterata vltra sex annos nō rigorose electus
ria hec operant: imo declinant ab eius virtute maxime
stupefactiua: seu opiata.

¶ Descriptio. xxij.

Egeta et des. experta ad dolorē stomachi a
frigidityate factū ad oēs dolores factos a si
mili causa: et a ventositate grossa: et ad dolo
rem colice et difficultatē vrine: et dolorē den
tium: et ad vētositates matricū: et cōfert inua
mentū maximū ad sterilitatē bibita: et sup
posita cū lana et oleo de lilio. ℞. castorei mir
rbe opij piperis macropiperis. i. piperis lo
gi galbani costi cinamomi fu id est valeriane
meu. i. semi. aneti siluestris: aliq dicunt qz ra
dix est ponēda et nō semen dauci assari croci
ana. 3. j. puluerizentur subtiliter oīa. Mellis
cocti et dispumati lib. 5. et fiat electuarium in
bona forma: dosis eius est aur. j.

¶ Ad hoc ponitur in ista medicina: et nō solum in ista: sed
in oibus alijs triplici ratione. Primo vt placet horribili
tatē medicinarū. Secundo vt mūdificet et resoluat. Ter
tio vt conferuet species sua viscositate.

¶ Stupefactio est dispositio iducta in mēbro a frigidi
tate: per quam membrum non sentit: aut obtuse sentit.

¶ Descriptio. xxij.

Atanafia et desue sic dicta: qz hoīem a mor
te preseruat. confert ad dolorē epatis et sple
nis: et opilatiōni in eis: et ad dolorem stoma
chi: et asma: et ad tussim antiquā: et mūdificat
pectus: et ad sturzū vētris antiquū et ad disin
theriā: et ad fluxū sanguinis. et est in sedatiōe
doloris: sicut philonsū. et cōfert ad dolorē res
nū et hemorrhoidarū. Galenus qdē pcepit
misceri in cōfectione hac epar adib. valet etiā
sua proprietate ad morbos epatis. ℞. croci
opij mirrbe castorei hyusquami costi carni se
minis papaueris nigri spice eupatorij epa
tis adip. i. lupi: cornu dextrū capre vel cerui
añ. 3. j. puluerizent subtilr oīa. mellis cocti et
dispu. lib. v. et fiat electuarium in bona forma.
¶ Epar adip. i. lupi preparatur hoc modo et conferuat.
primo

primo debet optime lauari cū vino albo optimo & bene mundari ab omnibus immūditijs. deinde saliatu: seu spargatur sandalis citrinis bene et subtiliter puluerizatis: deinde permittatur exiccari. demū inuoluatur ablinthio et ponatur in vna scatula in loco sicco cū dicto ablinthio omni hebdomada ablinthiū mutando.

¶ Lupi vero intestinū hoc modo preparatur: et cōseruatur. Lauetur optimo vino albo. deinde tunc fiat & ponatur ad exiccandum: sed caueatur a fumo & puluere. deinde etiā in ablinthio inuoluatur et referuetur: valet enim in colica mirabiliter.

¶ Descriptio. xxxv.

¶ Philoniū perficuz ad h. in sua practica ca. de spūto sanguinis: in fine capli. qd dicit esse uehemētis virtutis ad emanationem sanguinis vnde cūq; & creatū eius cum tussi & sine tussi & ad superfluitatē menstruorū doloro sam & emorroidarū: & ad egestionem sanguineam: & ad mulieres pregnātes quibus erumpunt menstrua & conseruat fetū in mēficibus earū. ℞. papaueris albi. s. semis hyusquia mi. s. semis añ. 3. xx. terre sigillate opij ana. 3. x. scebedengi. i. semis canapis croci añ. 3. v. castorei spice euforbij piretri margaritarū non perforatarū. karabe zedoarie doronici ramichi. i. quedā compositio infra descripta añ. 3. j. camphore. 3. j. puluerizētur subtiliter omnia. ad bellis rosati colati lib. ij. & fiat electuarium in bona forma. dosis est a 3. 5. vsq; ad 3. j. cum succo arnoglose: aut cū aqua rosata & modico vini puri.

¶ Differētia cū est inter scebedengi et scebedengi: scebedengi idem est q; lapis ematitio: scebedengi. i. semen canapio: quare bene considerande sunt littere in omni cōpositione et vocabulo.

¶ Castoreum cū in hac cōpositione ponitur vt prohibeat congelationem ab opio.

¶ Margarite hō ad cōfortationē membrorū principalem ppter lesionē opij. margarite a natura pforate meliores sunt q; nō pforate. Et ratio est q; per illud foramē superfluitates ipsarū sunt consumpte & purgate.

¶ Philonium enim dicitur a compositore: quia philon medicus illud composuit.

¶ Descriptio. xxxvj.

¶ Philoniū ad h. descriptio prima q; in vsu est: qd est expertorū inuamentorū in sedatiōe dolorū ex separatione a casib; mortis et proprie dolori stomachi a frigiditate facto: aut humore crudo: aut ventositate grossa extendente: & sedat dolorē colice & viscerū & dolorē renū: & matricū & dolorē laterū: et pfectionē anhelitus & difficultatem vrine: & singultū uehementē. ℞. piperis albi hyusquia mi s3 semis añ. 3. xx. opij. 3. x. croci. 3. v. spice piretri castorei añ. 3. j. puluerizētur oīa subtilissime. ad bellis cocti colati & dispuma. lib. ij. et. 3. xj. et fiat confectio in bona forma.

¶ Medicine autem omnes quomodo stupefaciunt.

¶ Nota. omne cū membrū sentiens habet quādam mē-

surā frigoris terminati cū suo calido: in quo frigore si fiat additio in certa mēsurā: membrū stupefit: & hoc modo medicine omnes opiate stupefaciunt.

¶ Contritio cū medicinarū omniū stupefacientū debet esse subtilissima: ad hoc q; possit per paruas venas penetrare ad ardua loca: aliter cū membrū ab eis non posset stupefieri: neq; sensus ipsius obtundi.

¶ In actu pratico nocent iuuenes medici. et nō solum de hac cōpositione: sed de oibus narcoticis & stupefaciuis tam simplicibus q; cōpositis. Qd si intentio medici est somnū puocare danda sunt post cenā in sero transacta hora. Cū autē intendimus sedare dolores: seu fluxū sanguinis phibere: nō nisi vacuo stomacho a cibo & superfluitatib; sūt exhibēda. Neq; post per quinque horas est cibus assumēdus. et sic de vniuersa noua intelligitur. Et hic imponitur finis distinctionis secunde que fuit de medicinis amaris &c.

¶ Incipit tertia distinctio que est de medicinis solutiuis: et continet descriptiones. ij. quarum prima est.



¶ Therapicra ad h. de mēte Gal. hiera. i. sacra. picra. i. amara. habet em̄ nomē amaritudinis & est medicina sublimis in qua aggantur virtutes et operationes nobiles. est em̄ subtiliatiua: & resolutiua materiā malarū grossarū & viscosarū & exiccata earū que imbibite sunt in poris & angustationib; sicut imbibit in spōgia. & perficitur ab ea solutio bona: & queniēs & est calefactiua & apertiuā opilationū & abstergiuā: & virtus huius medicine affert iuuamēta multa experta ad egritudines capitis stomachi epatis iuncturarū renū & matricū & membrorū frigidās. ℞. cinamomi masticis affari spice carpo balsami: croci: xilobalsami. i. ligni balsami: cassie lignee. añ. 3. j. aloes succotri. 3. ij. mellis. colati & dispumati. 3. ij. fiat electuarium in bona forma.

¶ Quāttas mellis in hac cōpositione debet esse pauca: sed specierum et mellis añ. partes equalēs. Et quia mel frangit virtutem aloes. Et non solum de hac cōpositione est intelligendum: sed et de oibus alijs in quib; aloes est basis.

¶ Basis in medicina dicitur illa medicina simplex cui operatio principaliter queritur in medicina composita. Et per cōsequens operationē cuius alie medicine intendunt sicut finē et ipsa est efficiens principale. Et sic ratio essendi basis est: ratio finis intenti vel illud dicitur basis in medicina per quod laudes medicine ei conueniunt: quare bene nō.

¶ Hiera nō exhibēda est illico cū est facta: et hoc cōtra indoctos medicos & ignaros apothecarios. Albucaz. cū vult q; post q; est facta sepeliatur per sex menses in ordeo vt fermentetur: et debet confici in mense Julii: vel Junii: et non in fermento. quia calore estatis et fermenti corrumpitur. Cuius contrarium faciunt apothecarij nostri temporis.

¶ De aloes succotriño & epatico differētia est inter doctores. Ruicē. Mesue & quidā alij laudant succotriñum. Aliabbas epaticū. Fertur nota q; aloes epaticū magis est solutiuum: & hoc est qd Aliabbas dicitur voluit. Sed in alijs succotriñum epaticum in bonitate superat. Et ideo cum aloes simpliciter scriptum reperitur: de succotriño est intelligendum: tanq; de perfectioni.

¶ Descriptio secunda.

Hiera simplex Gale. vij. terapentice que est illa que est in usu. Et de qua intelligunt doctores: cum tantas laudes attribunt. Sicut in añ posita hiera dictū fuit: et dicunt quod dōsis est. 3. j. q̄ nō intelligant de p̄scripta satis p̄t̄: eo q̄ de ea exhibui et exhibere vidi a famosis doctoribus. 3. j. et aliq̄. 3. r. et paruz operabatur. **R.** cinamomi masticis assari spice nardi croci rilobalsami. i. ligni balsami. añ. 3. j. aloes succotrini. 3. c. Mellis colati et dispumati. 3. c. z. vij. ita q̄ est equalis quātitas cum speciebus et hec est descriptio hierę que fieri debet non alia.

¶ Si reperitur scriptū hiera simplex vel hiera pigra gal. vel hiera ex octo reb̄. vel hiera p̄p̄ra. vel hiera semp̄ de nunc p̄scripta est intelligendum non de alia.

¶ Hiere oēs seruari possunt a sex mētib̄ vsq̄ ad q̄tuor annos in sua bonitate. Cum vero dictum tempus transierit a bonitate et perfectione declinant et.

¶ Descriptio tertia.

Hiera cōposita Gale. que in clisterijs apponit: et pōt etiā per os exhiberi: et est descriptio Nico. que facit ad diuersas capitis passionēs. et ad aurium et oculoꝝ distemperantiā: stomachū quoq̄ optime purgat: causas epatis emendat. Splenis duriciēs remouet et extenuat renibus et vesicę proficit. et matricis distemperantiā sedat. **R.** cinamomum spice croci squinati assari cassie lignee rilobalsami. i. ligni balsami carpobalsami. i. seminis balsami. Tolarū absinthij epithimi agarioci rosarū turbith coloquintide masticis añ. 3. ij. aloes electi. 3. iiij. puluerizentur subtiliter oīa Mellis colati et dispumati. 3. viij. quod est ad pondus specierū et confice.

¶ Squinantū per soterendū est et puluerizandū: eo q̄ multū sustinet de cōtritione: et si pmisceretur cū alijs medicinis ad puluerizandum ante ipsius puluerizationē euanesceret virtus aliarum medicinarum et bonitas deperderetur per se conterendum est.

¶ Hiere species sunt oēs subtilissime terēde. vt sua subtilitate virtus aloes transeat per angustas vias: et hoc voluit albucasio particula quinta ca. hie antique cuz dicit et vna queq̄ pariteratur et cum panno serico trico nizerur: et puluis in aliquo vase vitreo reponatur.

¶ Mel in electuarijs solutiuis parum vel nihil decoquendum est: melentim q̄to minus coctum tanto magis solutiuum: ac etiam q̄ per coctionem magis viscosum reddat. Mel etiā coctū magis nutrit et minus laxat.

¶ Descriptio quarta.

Benedicta Nico. sic dicta: quā ab oībus quibus sumitur benedicitur si def habētibus in firmitates cōtra quas inuēta fuit: videlz ad guttā arthetichā et podagrā et frigiditate. et renes et vesicā purgat. **R.** esule turbith zuccari añ. 3. r. diagredij hermodacti. rosarū añ. 3. v. gariofilorum spice nardi croci. apij sari fragie piperis longi cardamomi amomi sa

lis gēme zinziberis galange macis carni feniculi. i. seminis agarici seminis asparagi polipodij mlij solis brusci añ. 3. j. puluerizentur subtiliter oīa mellis colati et dispumati lib. iij. fiat electuarium in bona forma. Aliqui addunt huic descriptioni. Mastiacis amicos lapidis lincis añ. 3. j.

¶ Benedicta dicitur ab effectu: et ab eo denotatur q̄ bonū effectum inducit: vnde ab omnibus sumentibus benedicitur. sementi. si simpliciter scriptum inuenitur de semine ipsius intelligendū est: non autem de radice neq̄ de herba: vt fo. ix. supra etiam scripsi.

¶ Sextaria multiplicia sunt et diuersificantur fm diuersitate rerū. Si est dicitur aque sextariū vñ: tūc idē est q̄ li. ij. Si aut̄ vini sextariū vñ: tūc idē est q̄ lib. ij. Si vero sextariū vñ olei. et idē est q̄ li. j. ultimo sepe inuenitur sextariū vñ mellis: et idē est q̄ li. ij. quare nota has distentias: q̄ sepe vidi errores contingere in cōpositione medicinarū et nō a vulgaribus apothecarijs.

¶ Descriptio v.

Electuariū indū desue maius educens solutiōne superfluitatis humorū: proprie flegmaticoꝝ et putridoꝝ a stomacho: et a membris nutritionis: ventositatē grossam in eis resoluit: et morbos factos ab eorū eruberantia curat sicut est dolo: stomachi: et viscerum et colicā et dolores renū: et educit materias q̄ sunt in inuētis. **R.** cinamomi gariofiloꝝ spice rosarū cassie macis ciperi añ. 3. j. sandalorum citrinoꝝ. 3. ij. ligni aloes naticis muscate añ. 3. ij. turbith. albi et boni. 3. j. zuccari albi penidiarum ana. 3. rr. galange heil. id est cardamomi scilicet minoris. i. melega assari masticis ana. 3. j. diagredij. 3. r. oīa hec fricentur manib̄ cū oleo amigdalarum dulciū deinde accipe succi citoniorū succi granatorum succi apij succi feniculi añ. li. 5. puluerizentur puluerizanda satis grosso modo Mellis collati et dispumati lib. iij. 5. misce et fiat electuarium in bona forma.

¶ De cassia hic est notandum quod fm doctrinam supra tibi datam fo. lxxvij. cassia fistula ponenda est: cum sit electuariū solutiū. Nec cassia lignea hoc in electuario est ponenda: q̄ tamen secus esse quidam tenent. Ego enim apponem cassiam fistulam. Cum nullū solutiū sine lenitudo esse debeat: vt volunt doctores.

¶ Nota q̄ doctores non ponunt in electuarijs a remotis attrahentibus penidiōs in suis receptis: sed duntaxat in illis quorum intentio est a stomacho et intestinis et ventis magis attrahere. vt in diasthicone. et hoc electuario. Assarum cum simpliciter scriptum reperitur radix ipsius ponenda est: q̄ radix melior pars est plante.

¶ Tercet mēse in litera ponatur dosis huius electuarii est vsq̄ ad anreos. iij. hoc intelligendum est quando ad lib. j. mellis ponuntur. 3. iiij. et a porthe. nostri tēporis faciunt. et male maior quantitas dari potest.

¶ Descriptio. vij.

Electuariū indū minus desue. habens intentionē maioris. **R.** turbith albi gūmosi. 3. c.

**Succari. 3. c. macis garofolorū pipis zinzibe-
ris cinamomi heil. i. cardamomi maioris nu-
cis muscate añ. 3. vj. scamonee. 3. xij. pulveri-
sentur oia satis grosso modo mellis collati
& dispumati li. ij. 7. 3. ij. misce & fiat electuariū
liquefaciēdo succarū cū melle. Nota hic cynū
generale intelligendū in omni cōpōitione q̄
cū scamonea acuiſ. Medicina em̄ q̄n̄ q̄ fit in
p̄cipio veris: & acuitur vt p̄ totū annū pos-
sit seruari & dari q̄n̄ volum⁹. Et tunc cū sca-
monea non cocta acuenda est ne sua virtus
longa mora debilitet: nec timeſt ei⁹ malitia
eo q̄ per t̄pis diuturnitatē satis auferſt. Ali-
quando aut̄ acuiſ medicina nō q̄ debet diu
cōseruari: sed que infra tres vel quatuor dies
debet exhiberi. Et tūc cū scamonea cocta de-
bet acui: vt sua malitia coctura remoueatur.
Et idē intelligas tam in electuarijs quā pil-
lulis & confectionibus.**

**¶ Si simpliciter scriptū reperiat electuariū indū de mi-
nor est intelligēdū tanq̄ de meliori & perfectiori: & si nō
de perfectiori saltem de eo quod magis est in vsu.
¶ Insuper nota quod Med. acuit hoc electuariū euz
scamonea: & non cū diagredio: eo q̄ intentio est q̄ longo
tempore cōseruetur. si vero dare illum intēdimus omni
die acuat cum diagredio: nō cū scamonea propter
causam supra assignatam.**

¶ Descriptio. viij.

**¶ Coſectio amech Desue. prima q̄ in vsu est:
& v3 omni passioni q̄ fit ex flegmate salſo cho-
lera & p̄prie q̄ est sicut impetigo & scabies
& lepra: & cancer corodens & similia. R. mi-
rab. citrinorū. 3. iij. kebulorū nigrorū. i. indo-
rum reubarbari boni ana. 3. ij. agarici collo-
quiti de polido dij añ. 3. xviij. absinthij basse.
i. est timi. sene añ. 3. j. & in alio añ. 3. vj. violaz
3. xv. epithimi. 3. ij. anisi. f. seminis feniculi. f.
seminis rosarum añ. 3. vj. succi fumiterre li.
j. prunorum numero. lx. passulaz enucleata-
rum. 3. vj. infundatur hec omnia in aqua ca-
sei quantitate sufficienti prius tamē omnia
simul contusa. Et ponantur in vitreato vase
stricti orificij: & obturetur os eius.**

**¶ Et dimittant per dies quinq; deinde bulliant ebulli-
tione vna & fricetur manib⁹. postmodū colent & tali co-
lature infraſcripta addant cassieſtule munde. 3. iij. ra-
marindorū. 3. v. tereniabin. 3. ij. nō inuenit apud nos: sed
loco eius ponitur manna. fricentur manibus & dissol-
uantur cū decoctione predicta: deinde colentur. Et pro-
ficiant super ip̄m succari albi lib. j. scamonee. 3. j. s. cō-
frangatur seu pulverizet, satis grosso modo. Et hec oia
simul coquantur donec habeant spissitudinem mellis.
Deinde pulverizentur super illud mirabo. citrinorum
kebulorū indorum ana. 3. s. belerico: tū emblicorum reu-
barbari fumiterre ana. 3. iij. vel herba. vel succus deber.
seminis anisi spice. sellitard nardi añ. 3. ij. et in vase vitreo
ponatur et referuetur.**

¶ Tereniabin est sp̄s māne: q̄ apud nos nō reperitur:

ip̄ius sed loco accipimus māna. Est em̄ tereniabin ros
qui de nocte cadit in quibusdā partib⁹ egypti super frō
des aliquarū arborum: & sic colligitur.

**¶ In ista p̄fectione intelligendū est: q̄ auctor coquit
scamoneam vt amoueat malitiā eius: eo q̄ si prepara-
ta esset non deberet decoqui, sed referuari: deinde pulue-
rizare eam debito modo: et cum alijs rebus pulueriza-
tis apponi quod si decoqueretur: virtus solutiua ip̄s
deperderetur.**

**¶ Incidēter de aqua lactis hic intelligēdū q̄ ponit ad
seruū: vt eius acuitas remoueat: frigida em̄ assumēda
est. Et que in vsu est: est aqua lactis capre.**

¶ Descriptio. viij.

**¶ Electuariū elescof Desue. q̄ educit superflū
tates a toto corpore: & expellit ventositatē:
& v3 ad iuncturaz dolo: & laterum & colī
cam: & mundificat renes & vesicā: & addit in
coitu. R. scamonee antiochie turbitū albi
3. vj. garofolorū cinamomi zinziberis mirā-
bolanorū emblicorū nuci muscate polipo-
dij añ. 3. ij. succari albi. 3. vj. pulverizentur
oia grosso satis mō. mellis dispumati lib. f.
misce: & fiat electuarium in bona forma.**

**¶ Scamonea dicitur antiochia. i. alius provincie: eo q̄
melior est perfectior est.**

**¶ Insuper nota q̄ si in medicina solutiua reperis scri-
ptū scamonee intelligendū est de preparata nisi in duo-
bus sequentib⁹ casibus. primo si in dicto electuario co-
qual: vt in cōfectione hamel & electuario rosato: & tunc
scamonea ponat nō cocta q̄ coquēdo preparat: sc̄o si
illud cōpositū longo tēpore referuari debeat: & hoc mō
nō preparata ponitur propter causam supra allegatā.
In alijs vero si reperitur litera Med. sue suppleatur: & di-
catur scamonee. f. cocte.**

¶ Descriptio nona.

**¶ Diacatholicon Nicolai: q̄ datur in acutis
& pacutis: q̄ molificat digerit: & cōfortat. Et
valet epaticis & splenicis. R. foliorū sene-
cassieſtule tamarindorū añ. 3. ij. reubarba-
ti violarum polidodij anisi seminis añ. 3. j. li-
quiritie seminum cōmunium frigidorū pe-
nidiarum añ. 3. ij. pulverizentur pulverizan-
da candi dissoluatur tamarindi & cassiaſtu-
la cum aqua decoctionis infraſcriptarū rez
polipodij liquiritie prunorū seminis anisi fe-
niculi. f. seminis ana. parum: succari albi li.
ij. & fiat electuarium in bona forma.**

**¶ Species electuariorū solutiua: sunt grosso mō cōn-
terende & per satis rarū cribū trāſiri debent. Et nō solū
electuarua solutiua: sed & cōfectiones solutiue vt diarob
& dia cartamum. Et grossa hec puluerizatio duplici cau-
sa fit: primo vt diu in stomacho maneat: & ibidem diu
operetur. secundo vt virtus corū cibo non cuanescat: &
ne sua subtilitate ad membra transirent: q̄ maximum
nocumentum inducerent: vt supra declarauit. Medici-
ne solutiue dicuntur q̄ habent corruptos humores sol-
uere. i. educere & euacuare.**

¶ Descriptio decima.

**¶ Electuariū rosatū Desue. Solutione edu-
cens choleram sine molestia: & valet ad egri-
tudines ex ea factas & ad egritudines iūctura-
rū calidas. & ad sodā calidā & vtiginē. et ad**

oculoꝝ dolorēs. ⁊ ad ictericiã citrinã ⁊ est sa-
nũ ⁊ expertũ. **Recipe** succi rosarũ rub. cõple-
tarũ. i. in maturitate li. iij. succari tabarzet
idest illius regionis li. j. s. tereniabin puri et
recētis loco ipsius ponit mãna. ʒ. vj. scamõ-
nee antiochie. ʒ. j. s. cõteraf grossio satis mō:
coquãtur oĩa sup prunas vsq; dũ mellis ha-
beãt spissitudinẽ deinde p̃ijce sup illud tro-
ciscoꝝ de spodio. ʒ. j. galie muscate croci.
añ. ʒ. ij. trociscoꝝ de berberis. ʒ. ʒ. ⁊ repo-
ne in vase vitreo: et reserua.

¶ **Succi rosarũ cõpletarũ:** eo q; rose seu succo earũ ma-
gis est solutiũ quã succo cõpletarũ: ideo explica ut de
cõpletis. ⁊ nulli apothecari ad hoc aduertentes.

¶ **Mora in super q; de hoc electuario reformari debent**
pillule aggregatiue Mesue ex inuẽtione nostra: ⁊ pillule
de hermodactilis minores ⁊ pillule de hermodactilis
ex inuẽtione nostra ipsius Mesue. Nō cũ electuario de
succo rosarum: vt quidã bestiales faciunt.

Electuariũ de succo rosarũ Nicolai. **Ab eo**
dẽ succo dictũ. exptũ. ʒ guttã calidã: cholera
rubeã purgat. ⁊ cõualecẽtib; ex egritudie:
tertianarijs ⁊ q̃tidianarijs mirifice pdest pur-
gãdo eos sine molestia ⁊ reliqas malozũ hu-
morũ potenter educit. ʒ. succari albi succi
rosarũ añ. li. j. ⁊. ʒ. ij. sandalozũ alboꝝ citri-
rubeozũ ana. ʒ. vj. spodij. s. de cana. ʒ. ij. dia-
gredi. ʒ. j. s. cãphore. ʒ. j. misce. ⁊ fiat electua-
riũ in bona forma: puluerizãdo p̃iũ pulueri-
zanda. **Succo rosarũ hoc mō fit.** Accipiant
rose cõplete: ⁊ post earũ collectionẽ permit-
tãtur per diem. deinde in marmoreo vase et
pistello ligneo bene terantur. deinde in pecia
inuoluãtur ⁊ in torculari ad exprimẽdũ po-
nantur postea coletur: ⁊ in vitreato vase re-
ponatur: ⁊ soli per aliquos dies permittat.
deinde a residentia seu fece facta amoueatur
ponendo in alio vase. ⁊ super eum ponatur
parum olei oliuarum: ⁊ reserua. **Conseruat**
enim in sua bonitate per annos. ij. ⁊ c.

¶ **Electuariũ em idẽ est qd electũ ex varijs:** q; ex mul-
tis et varijs rebus electuaria cõficiuntur. Et electuariũ
dicitur omnis cõpositio nō reducta ad soliditatem siue
cum succaro siue cum melle sit. Confectio vero dicitur
quando durefcit: et in dura forma sit.

Diasene Nicolai. Sic dicit q; plus de sene-
ingredif descriptionẽ q; de alijs speciebus.
Uz pprie melancholicis: maniac: cardiacis:
⁊ tristib; quartanarijs: ⁊ splenicis. ʒ. fo-
liculozũ sene. ʒ. ij. anellanarũ affatarum nu-
mero. l. serici cõbusti. ʒ. ij. lapidis armeni. ʒ.
j. lapidis lazuli loti. ʒ. ij. succari. ʒ. vj. cina-
mo. ʒ. j. gariofilozũ galãge pipertis spice osi-
mi. i. seis basiliconis zinziberis folij carda-
momi. s. maioris ⁊ minoris croci zedoarie flo-

ris rorismarini macropipis pipis lãgi. añ.
añ. ʒ. j. puluerizent subtilĩ oĩa. ⁊ Mellis cola-
⁊ disp̃ati li. ij. si fiat electuariũ in bona for-
ma: hac mō. **Quellane subtilĩ cõteranf: deo**
inde ad bulliendum cum melle ponãtur sem-
per spumam a melle amouendo. post vero
aliqualem decoctionem mellis remoueãtur
ab igne. Et species ponantur.

¶ **Lapis lazuli ⁊ lapis armen;** hoc mō lauant: terant
ambo p se subtilissime deinde accipe mortariũ lapideũ:
⁊ p̃ijce ipsoꝝ alterũ: ⁊ aquã clarã in eo: ⁊ cum pistello
agitãdo simul misceat: ⁊ hoc facto per aliq; tps permit-
te residẽnã facere: ⁊ primã aquã abijcias: ⁊ sic ter facias
semper aquã inuouãdo. Postea loco aq; clare accipias
aquã rosarã: et sic facias vt de cõi aqua dixi: añ cũ di-
cta aqua lauet q; aqua remaneat clara. Et tũc ipsoꝝ
perfecta erit lotio: sed per se conterĩ debent ⁊ lauari.

¶ **De serico nota q; serici qd apponif. in medicinis cot-**
dialibus pro cõfortatione cordis nullo mō debet cõbu-
ri: sed minutissime inçidi ⁊ teri. Quod vero ponit in me-
dicinis ad materie consumptionẽ vt in hoc electuario
ponitur: tunc cõburendũ est. **Mōd; cõbustionis posit;**
est supra fo. j. ibi recurras. ʒ. manne pure et recētis li.
vnã scamonee antiochie. ʒ. vnã succi rosarũ li. j.

Confectio de mãna Mesue de mête Gale
ni. **Solutiones facile efficiẽs ⁊ educẽs chole-**
rã citrinã sine molestia: ⁊ vs ad egritudines
ex ea factas: ⁊ subdit Gale. ostẽdit cõpositio
hui; medicine nobilitatẽ ei. **Dissoluãt mã-**
na cũ succo rosarũ ⁊ coquant simul debito
mō vsq; ad spissitudinem mellis deinde re-
moueãt ab igne: ⁊ ponant sup illud masti-
cis puluerizati. ʒ. ij. ⁊ reseruentur.

¶ **Tereniabin sira cost ⁊ mãna inter se differũt nec sunt**
species vt quidã dicũt: imo differunt ⁊ fm patriã ⁊ fm
locũ in quem cadũt ⁊ fm virtutem ⁊ complexionem. si-
ria cost enĩ ⁊ tereniabin calidiores et humidiores sunt
manna: sed quia ad nos non portantur: ideo ipsoꝝ
loco ponimus mannam.

¶ **Quidã doctores, volũt q; diagrediũ ⁊ non; scamoneã**
hoc in loco ponãt. Sed sua semp pace salus. si ponere
⁊ decoquere: virtus solutius fere in totũ deperderetur.
Coctio em est preparatio dicte scamonee. quare illa nō
diagridium est ponenda.

Vnguentum populeon. $\frac{3}{4}$. taliter dictu: qd fit de oculis populi: et valet contra calorem febribus acutis: et his qd dormire nequeunt in noctis tpsibus: et pulibus et platis manu et pedum. $\frac{3}{4}$. oculoru ppli lib. j. et. $\frac{3}{4}$. papaueris rubei folioru madragore cimaru rubi tenerrimorum folioru hyusquamii solatri vermicularis lactuce sempuue bardene violaru vmblici veneris an. $\frac{3}{4}$. ij. arungie nouelle porci ne sine sale lib. ij. oculi ppli per se bene pistentur: et iteru postea cum arungia repistentur: et magdaleones formetur: et per duos dies sic dimittant. Tertia vero die herbe per se bene terantur: deinde his addas magdaleones: et simul bene terant: et postea iteru oia in magdaleonibus reducatur et permittant per dies noue: et elapso termino dicti magdaleones in caldario vel captia cu lib. j. optimi vini reponantur: et simul ad igne bulliat vsq; ad vini consumptione semper cum spatula agitando. Et postea colent per sacculu: et colatu permittit infrigidari: et vltimo in vase reconde.

¶ Oculi populi in mense aprilis sunt colligendi: et cum arungia miscendi: et conseruati sunt vsq; in mense maii cu arungia eos miscendo vsq; quo alie herbe colligentur.

¶ De foliis mandragore nota: qd apud nos non reperitur ipse loco apponitur vel cortices mandragore: vel papauer nigrum vel hyusquamium.

¶ Descriptio. v.

Vnguentum citrinu seu mudificatiuū magistrale qd in vsu est. $\frac{3}{4}$. terebentine bñ lote in aqua ordei lib. j. vitellos ouoꝝ numero. vj. mellis rosati. $\frac{3}{4}$. iiij. farine ordei quatum sufficit: et fiat vnguentu in bona forma sine igne.

¶ Terebentina lauat in aqua ordei pmo: vt infrigidetur magisq; absterfua reddatur: et minus viscosa. Multis

aliis modis diuersificatur hoc vnguentum a chirurgico: sed iste pualet alio.

¶ Descriptio. vj.

Vnguentum egyptiacu. $\frac{3}{4}$. Des. conferens ad vulnera antiqua et fistulas que indigent mudificatione: abstergit em ea et mudificat a carne mortua. $\frac{3}{4}$. floris eris. $\frac{3}{4}$. v. mellis. $\frac{3}{4}$. xij. acetii fortissimi. $\frac{3}{4}$. vij. Loque super igne donec inspisset. deinde ab eo ablato adde olibani bene puluerizati. $\frac{3}{4}$. ij. teredo supra tereda.

¶ Hoc vnguentum duobus modis fit: qui enim voluit illud multum corrosiuum faciant ipsum sine olibano: qd vero mediocriter olibanum ponunt.

¶ Descriptio. vij.

Vnguentum apostoloru. Auicenne. v. casu. tractatu vndecimo qd in vsu est: rectificas cum facilitate fistulas difficiles et scropulas paruas: nec est aliquid simile ei: et mudificat vulnera ex carne mortua: et pus: et consolidat: et dicitur qd est medicina duodecim apostoloru.

$\frac{3}{4}$. terebentine cere albe resine pini an. $\frac{3}{4}$. quatuordecim armoniaci. $\frac{3}{4}$. quatuordecim opoponacis. $\frac{3}{4}$. ij. floris eris. $\frac{3}{4}$. ij. aristologie longeturis an. $\frac{3}{4}$. vij. mirrhe galbani an. $\frac{3}{4}$. $\frac{3}{4}$. bdelij. $\frac{3}{4}$. vj. litargirij. $\frac{3}{4}$. ix. infundatur bdelium: et alie gumme in aceto forti et dissoluatur: cetera vero conteratur et fiat vnguentu addedo olei lib. ij. in estate et in hyeme lib. ij.

¶ Oleum si simpliciter scriptum reperiatu de oleo oliuarum semper est intelligendum: qd oleum est materia oim oleoru: vt in tractatu de oleis manifeste apparebit.

¶ Descriptio. viij.

Vnguentum basiliconis magnum. Des. quod confert vulneribus in quibus est caliditas: et proprie in vulneribus nervosis: mudificat em: et incarnat ea. $\frac{3}{4}$. cere albe resine pini sepi vaccini olibani mirrhe picis grece: id est colophonie ana. $\frac{3}{4}$. j. $\frac{3}{4}$. picis. $\frac{3}{4}$. liij. olei comunis lib. ij. conterantur contereda: et fiat vnguentum in bona forma.

¶ Pix si simpliciter scripta reperiatu semper de nauali intelligatur. Si vero pix greca de colophonia semper intelligitur.

¶ Descriptio. ix.

Vnguentum de cerusa crudum magistrale conferens ad adustione ignis et excoziationem. $\frac{3}{4}$. ceruse lib. j. olei rosati lib. ij. et. $\frac{3}{4}$. iiij. litargirij. $\frac{3}{4}$. j. $\frac{3}{4}$. conterantur omnia subtilissime: et fiat vnguentum in mortario bene omnia miscedo. Et hic est comunis modus.

¶ Ego vero soleo lanari facere cerusam: et litargirium cum aqua rosa. ea enim lotionem remouetur ab eis acuitas et mordicatio.

¶ Descriptio. x.

Vnguentum de cerusa coctum magisale queniens quibuscuq; malis complexionibus calidis factis caliditate solis vt quomodolibet: et frica

tionem seu excoctationem cum calefactione mala. **R.** ceruse. lib. j. s. litargirij. $\frac{3}{4}$. j. s. olei rosati li. ij. $\frac{3}{4}$. ij. cere albe. $\frac{3}{4}$. ij. coterantur omnia subtiliter sine: et fiat vnguentum decoquendo illud lento igne versus ad perfectam coctionem semper cum spatula agitatio: et in magdaleonibus reducat.

¶ Parum aceti potest apponi: ut magis alteret: et sine aceto: ut supra fieri potest: et vincit in omnibus mediis: non autem cum acetum: quia in locis nervosis noceret: et vulneribus profundis.

¶ Descriptio. xij.

Anguentum de dragagatis magistrale. **R.** gumme dragagati munde. $\frac{3}{4}$. ij. aq. florum violarum li. ij. infundatur in ea gummam per horas. xij. postea stamignetur: et addatur olei violati olei amigdalorum dulcium cere albe an. lib. j. li. queant oleum: et cera. deinde apponatur gummam ipsi infrigidatis: et misceantur.

¶ Anguentum hoc nisi ingenio fiat: nunquam bona forma habere potest: sed fiat in magdaleonibus grossitudine fabe. igitur hoc modo facias post liquationem cere: et olei: et ipsorum infrigidationem. Addeas gummam stamignatam paulatim illas stangezando ac si velles stangezare manus huisti: et non cesses addere gummam: et stangezare: donec habeat bonam formam: et quanto magis elaborabis in ducendo tanto meliorem formam accipiet.

¶ Descriptio. xij.

Anguentum pectorale magistrale: lenitivum: et humefactivum pectoris: et pulmonis conferens tussi sicce: et siccitati gutturis: et pectoris si cum ipso partes extrinsece pectoris ubi costae sitnant inungunt. **R.** olei amigdalorum dulcium. $\frac{3}{4}$. ij. olei camom. olei viol. an. $\frac{3}{4}$. ij. butiri recetis. $\frac{3}{4}$. vj. adipis galline. $\frac{3}{4}$. ij. adipis anatis. $\frac{3}{4}$. ij. hyreos subtiliter pulverizati. $\frac{3}{4}$. croci. $\frac{3}{4}$. cere. albe. $\frac{3}{4}$. ij. **¶** Misce. et fiat vnguentum omnia simul liquafaciendo: in fine vero hyreos: et crocus ponantur: deinde lauetur tribus vel quatuor lotionibus cum aqua ordei tepida.

¶ Butirum mellis vacinum et cum medicinis ponit. i. ad operationem medicine daf debet esse sine sale: et conservat versus ad sex menses: vel versus ad annum ad plus. Adeps galline debet esse recens: et non antiquatum: amittit enim complexionem et virtutem: et efficitur rancidum: et amittit temperamentum: et liquefactum melius conservat. Adipes anatis et anseris quanto antiquiores tanto meliores sunt: et cum medicinis administrantur nullo modo sale condiendi sunt.

¶ Pinguedines ovis si aspergantur zucchero subtiliter pulverizato diu conservant absque corruptione: hoc ego sepe vidi: et experimeto approbavi: pinguedines enim que pro usu medicine sunt nullo modo salide sunt: sed modo predicto preparande quare etc.

¶ Descriptio. xij.

Anguentum comitisse Gulielmi de varigna in sua practica capitulo de his que ceteri naturam magis sistant menstrua mulierum quod in usu est. **R.** corticum medianorum castanearum arboris glandium myrtillorum: caude caballine: gallearum: corticum fabarum: arilorum: yuarum: sorbellarum: siccarum glandium mespillorum immaturorum radicem celidonicum: foliorum pruni siluestris an.

¶ Terant et coquantur in aqua plantaginis perfecta coctione: deinde colentur: postea accipe cere olei myrtini. $\frac{3}{4}$. vj. s. liquant simul: et lauentur in predicta colatura novies semper colatura inuouando quaque vice: postea accipe corticum medianarum castanearum corticum medianorum arboris glandium gallarum an. $\frac{3}{4}$. j. cineris crurum ossis bonis myrtillorum azimorum yuarum an. $\frac{3}{4}$. s. trociscorum de hiarabe. $\frac{3}{4}$. ij. olei myrtini li. ij. s. et aliquid addunt oleum masticinum: pulverizentur subtiliter pulverizanda. Et cum predicta cera lota cum supra scripta decoctione fiat vnguentum.

¶ Per cortices fabarum auctor intelligit corticem in qua fabe oriuntur: crescunt: et maturantur: scilicet illa tegula. **¶** Modus lauandi ceram talis est: primo debet cera ad ignem liquari: deinde in aqua munda ab omni sapore debet purgari: et in aqua illa debet manibus malaxari: et aqua a cere manibus exprimit: deinde ad ignem debet liquari: et in aqua munda purgari: et sic iterum atque iterum est faciendum quousque aqua sine sapore creat: et tunc erit signum lotionis.

¶ Descriptio. xij.

Anguentum pro vermibus montagnane in antidotario suorum consiliorum quod in usu est. **R.** cere tauree minoris absinthij lupinorum an. $\frac{3}{4}$. s. ligni aloes cornu cerui vstri diptami an. $\frac{3}{4}$. ij. ad pondus omnium quod erit. $\frac{3}{4}$. vj. s. olei absinthij. $\frac{3}{4}$. ij. fellis tauri. $\frac{3}{4}$. ij. cere. $\frac{3}{4}$. s. conterantur omnia conterenda: et fiat vnguentum.

¶ Lauatur enim cera duplici causa: primo ut acuitas sua amoueatur. secundo ut acquirat virtutem quam non habet: et quia habet deperdat: ut in vnguento comitisse: quia lauatur ut efficiat siccitica. Si scriptum reperitur cerelotetur: dicta cera lauanda est in aqua ceteri: aliter lauetur in decoctione de qua describetur.

¶ Descriptio. xv.

Anguentum pro scabie ad Helium. **R.** arungie munde a tela sua. $\frac{3}{4}$. v. olei laurini argenti vini extincti cere munde turis bene pulverizati an. $\frac{3}{4}$. ij. salis. $\frac{3}{4}$. vj. succi plantaginis fumiterre an. ij. vj. confice sic: ceram oleum laurinum: et arungiam pone capita ad ignem cum succis: et bulliant donec omnia simul liquant: deinde adde sale oli banum: et masticem: et bulliant omnia simul versus ad consumptionem succi: postea deponantur ab igne: et addatur argentum viuum extinctum: ut supra et vtere.

¶ Arungia porci melius conservat liquefacta: et adeps renum caprarum hoc etiam modo melius conservatur. Argentum viuum hoc modo extinguit: et preparatur. Accipiatur argentum viuum: et ponatur in vna ampulla vitri: ut supra: et ponatur tanta salina quod cooperiatur: deinde concutatur tunc sub et supra semper saluam addendo: quod totum confrangatur ita quod possit aspergi tanquam lac: et partibus cui imponitur ad heret: et hoc modo extinetur: et aliter tantum concutatur quod in illam formam veniat.

¶ Descriptio. xvj.

Anguentum pro scabie aliud pro pueris: et pregnantibus: et delicatis montagnane. **R.** terebentine bene

bene lote. \bar{z} . iij. butyri loti. \bar{z} . ij. salis. \bar{z} . j. succi
citráculorū vitellos ouorū añ. nūe. iij. olei ro
sa. \bar{z} . j. misceantur oīa simul: et fiat vnguen.

¶ Salis si simpliciter scriptum repiatur in compositio:
nibus semper de communi sale est intelligendum. Terebē
tina \bar{z} butyrū lauādi sunt in aqua cōi \bar{z} sic facias de oi
aliis re lauāda in aqua: cū solum dicitur lauetur: non
expumatur cum qua re cū cōi lauāda est.

¶ Descriptio. xvij.

Vnguentū de arthanita magnū aHes. quo
vngit venter: \bar{z} sumen \bar{z} silia \bar{z} solutione solu
uit catartici: \bar{z} vngitur ex eo stomachus: \bar{z} fa
cit vomere: \bar{z} educit vermes: \bar{z} cōfert hydro
pisi: \bar{z} solutione educit aquam citrinā: \bar{z} est
ppinandū nō valentibus sumere medicinā.

℞. succi arthanite. i. cyclaminis vel panis
porcini li. iij. succi cucumeris afinini li. j. olei
hyzini li. ij. butyri vaccini li. j. pulpe cologni
tide. \bar{z} . ij. polipodij. \bar{z} . vj. enforbij. \bar{z} . j. q̄ sunt
terēda tere: \bar{z} submerge in succis: \bar{z} oleis: po
ne in vase vitreo stricti orificij: et stringe ca
put ei: \bar{z} p̄mitte p̄ dies octo: deinde bulliāt
oēs ebullitione vna: \bar{z} colentur: deinde p̄ij
cianf sup colaturā serapini auf. v. mirre au.
ij. duo hec dissoluāt p̄i i forti aceto: deinde
proijcianf in dicta colatura: \bar{z} bulliant simul
semp agitādo cū spatula vsq; fere ad succorū
cōsumptionē: tūc p̄ijce sup eā cere. \bar{z} . v. fell
vaccini auf. vj. ferueat cū eis vsq; dū liq̄fiat
cera: deinde pulueriza sup id scamonee aloes
mezereon colloquinti. añ. auf. v. salis gēme
auf. iij. enforbij auf. ij. turibth. auf. v. pipe
ris lōgi zinziberis camomille añ. aure. ij. mi
sceantur oīa bene: \bar{z} permisceantur: \bar{z} vt̄ere.

¶ Modus extrahēdi succū a cucumere afinino talis est
Accipiant in fine Julij in dieb; canicularibus: \bar{z} in me
se augusti qñ sunt citrini: qñ illi sunt maturi: \bar{z} ponātur
in vase: \bar{z} p̄mittant p̄ noctē: deinde forētur cultello acu
to. Et erit aquositas qdā clara: \bar{z} substantia pulposa. Illa
aquositas colligat cū spongia vel bōbice \bar{z} absciatur: \bar{z}
substantia pulposa referuetur: \bar{z} vtaf ad libitū ponēdo il
la ad solē: \bar{z} permittatur expicari donec possit reduci ad
formam troc. deinde remoueat: \bar{z} referuetur.

¶ Descriptio. xvij.

Vnguentū dialthee magistrale valēs pprie
ad dolorē pectoris ex frigiditate: \bar{z} pleuresi
 \bar{z} sup pect; inunctū sanat oīa loca infrigida:
ta: calefaciat: mollicat: et humectat. ℞. radi
cum albice. \bar{z} . iij. semis lini semis fenugre
ci cepe sq̄lle añ. li. j. ex his fiat muscilagines
in cōi aqua. de quib; accipe li. vs. olei cōis li.
iij. cere lib. ij. terebēti. \bar{z} . vj. gūmi edere gal
bani añ. \bar{z} . j. buty. \bar{z} . vij. resine pini colopho
ne añ. \bar{z} . iij. medulle bouis. \bar{z} . vj. croci. \bar{z} . ij. se
pi vaccini lib. j. \bar{z} fiat vnguentum dissoluens
do gummas in aceto forti.

¶ In receptis qñ reperit scriptū olei loti. Modus lauā
di talis est: primo ponat oleū in vase mundo stricti orifi
cij: \bar{z} supra fundat aqua clara calidissima: deinde abt̄
ciat aqua: \bar{z} totiens reiterit. p̄iectio dicte aque feruētis
q̄ finaliter exeat eiusdē coloris \bar{z} saporis sicut ahi protes
tionē: \bar{z} tunc oleū erit mundū. Et nota qñ sic by lauati
in vno vase qd sit in fundo foratum: vt aqua possit exi
re: oleū cū remanet semp super aquā \bar{z} natat: qñ est con
pūo acreum: ideo quanto leuior: tanto melior: et.

¶ Descriptio. xij.

Vnguentū marciatō Rīco. in suo magno an
tidotario. Et q̄ q̄ hoc vnguentū: \bar{z} duo sequē
tia nō multum sint in vsu. Tamen qñ in eis
sunt multe difficultates: ideo declarare p̄po
sui: qd facit ad dolorē: \bar{z} frigiditatē capitis
 \bar{z} pectoris stomachi: \bar{z} ad scilios: \bar{z} splenis
 \bar{z} epatis: \bar{z} addit illi dolorē subueniēs para
liticis sciaticis: nephreticis: \bar{z} podagricis tu
mores reprimit: \bar{z} cōtra oēs dolores mede
tur. ℞. cere albe li. ij. olei cōis lib. vij. rozis
marini foliorū lauri añ. \bar{z} . j. rute. \bar{z} . vj. ama
rici. i. maiorane. \bar{z} . vj. esbrij. i. floris salute sa
uine balsamite: idest mente aquatice lili fa
gi. i. silue. ocimi polij calamēti artemisie enu
le bethonice brance vsine spergule idest pa
ritarie pipinelle agrimonie absinthij. Ber
be paralytis: herbe sancte marie. cimaram
sambuci. Raffule. i. vermicularis. aliqui ve
ro fabā grossam dicunt millefolij sempitue
camedrei. i. camedreos centaure scilz maio
ris fragrarie. i. herbe portantis fragras qu
q; solij herbe tetrait. i. orobi añ. \bar{z} . iij. j. eu
sci radices. i. radices altee cimini mirthe. i. fo
lia mirti añ. \bar{z} . iij. fenugreci. \bar{z} . j. butyri. j. \bar{z} .
 \bar{z} . ij. vt̄ice violarū papaueris nigri menthe
saracenicē alteri; menthe. i. menthe domesti
ce polytrici lapacioli. i. lapacii acuti cardun
celli. i. cardonis benedicti matrisilue matu
re. i. caprifolij herbe muscate alleluia. i. pa
nis cucul lingue ceruine. i. scolopētrie crispu
le cāphore storacis calamite medulle ceru
ne añ. \bar{z} . j. adipis vsi gallinacci mastice añ.
 \bar{z} . j. thuris. \bar{z} . j. olei nardini. \bar{z} . ij. Herbe oēs
p̄scripte colli gāf in medietate mēsis añ. a ij:
 \bar{z} oēs in vna die vel in duob; dieb;: \bar{z} ab ho
ra tertiā vsq; ad meridiē. Et dicitur sic her
be: terātur subtilr: infundant p̄ dies septē in
optimo vino odorifero: octaua vō die ad lē
tū ignē hic ponātur. Et cū vinū aliquantum
erit cōsumptū: addaf his oleū p̄dictū: \bar{z} bul
liāt donec incipiant dīminni: deinde cū dil
gētia colent: \bar{z} p̄iectis herbis iterū sup ignē
ponātur: et cū inceperint bullire pone sto
racē: \bar{z} cū modicū bullierint pone butyrū: et

arūgias et pinguedines suprascriptas aliquā
tulū tōlas: et oleū nardinū masticē et olibanū:
et postea cerā semp cū spatula agitādo: et cū
cera liquefacta fuerit ab igne deponatur: et
cū coagulātū fuerit reseruetur in vase.

¶ Paraleisis herba cuius folia florere incipiunt tpe hye-
mis q̄ se cōtendunt in terra: q̄si alba et crispa: habēs flores
album. Herba sc̄e marie est q̄dā herba ad albedinē ten-
dens rugosis foliis: aliq̄ p̄sic cartā dicunt. Mentha fara-
centica h̄z folia longiora: et acutiora q̄ mentha domesti-
ca seu hortēsis: mentha enim plures sūt spēs: vt Pat. sil. c.
v. l. iij. ostēdit. Herbe m̄sca. h̄ herba est illa q̄ se expādit i
terrā odorē habēs musci q̄ satis assimilat agrimonie: s̄
est minor ea. q̄dā dicunt q̄ est valeriana: et q̄dā q̄d est ro-
strū cicone. Inter vnguentū: et emplastrū est differētia.
¶ Ad cōpositionē vnguenti requiritur cera et oleū: in em-
plastris autem nō est expediens semper ponere ceram.

¶ Descriptio. xx.

Vnguentū aragō sic. valēs ad dolorē ex fri-
gidityte ad spasmū: et tetbanū ad dolo. i. l. ij
et renū: arteticis et sciaticis multū p̄dest: et q̄r
tanarijs si spina inūgat añ horā accessionis
mirifice p̄dest: o3 tñ semp bñ calefieri. R. ro-
rismarini maiorane radicū iari. i. serpētarie
serpili rute. radicū sicide. i. cucumeris asinini
añ. 3. iij. 5. folioz lauri saluie saūne añ. 3. iij.
polycarie maioris et minoris. i. ellebori albi
et nigri. 3. iij. aliq̄ dicūt q̄ polycaria maior ē
thim: et polycaria minor est saturegia bri-
onie. i. radi. cucurb. saluaticē. 3. iij. laureole. 3.
ix. nepite li. 5. masticis olibanī añ. 3. vij. p̄ires
tri euforbiij zinzib. añ. 3. j. olei muscelini.
3. 5. olei petrolei. 3. j. adipis v̄si olei laurini.
añ. 3. iij. buty. 3. iij. olei cōis li. v. cere li. j. her-
be et radices colligant tpe: et hora scripta in
p̄dicto vnguento lauent et mūdēt et subtili-
tur: deinde cōterant et p̄ septē dies in oleo in-
fundant: octana v̄o die sup ignē ponatur et
coquatur vsq̄ ad p̄fectā coctionē: postea per
sacculū colent fortiter exprimēdo: deinde di-
cta colatura sup ignē ponatur: et cū bullire ce-
pit oleū lauri. buty. et adeps ac cera q̄ liq̄factā
adde petroleū: et muscelinū postea masticē: et
olibanū zinziber p̄p̄ere: et euforbiū p̄iretrū: et
post ab igne deponatur: et recondatur.

¶ Inter doctores magna est differētia de laueola et me-
zereon: nā quidā dicunt q̄ laureola: et mezereon idē sunt:
et falsē. ¶ Mezereon est planta laeticinia: et h̄ alio noīe
oliuella. Laureola vero est arbutum: et nō habet laeticid
folia laureole sunt similia lauro.

¶ Polycaria est herba q̄ h̄z folia sicut oliuella: s̄ spera: et
pinguia et viscosa: sunt duarū specierū: sc̄z maior et mi-
nor: maior est grauius odoris: et in sine fructice maior est
virgā habēs lōgitudinis cubitis duobus. Minor vero
vni p̄ditio lōgitudine porrecta florem fragilē: et mellinū
habēs colorē amarū saporē: et cū floerit flores velut
capillos facit. radix ipsa est inutilis: s̄ q̄ in n̄o hoc di-
mate nō reperitur. nec cognitio habetur: ideo loco ip̄oz
ponitur helleborus albus et niger: et aliq̄ loco polycarie ma-
ioris: ponunt thymum maiorem vsualem: et loco minor:

ris ponunt saturegiant.

¶ De oleo muscelino magna inter doctores est cōten-
tio: quidā enim dicūt q̄ dicit muscelinū: q̄ in ei⁹ com-
positione intrat muscū. Item muscelinū vocat: q̄ fit ex
humiditate inuenta in tuberolitatibus v̄mi. Item muscel-
linū vocat multi oleū de ben. i. de semine. catapurie. Alij
vero hoc mō oleū muscelinū faciunt s̄m hanc receptā:
et ponitur a gal in suo antido: et istud est in vsu. R. olei
li. iij. aque lib. ij. folij spice costi masticis añ. 3. j. storacis
calamite mirrhe croci calie lignee. añ. 3. vij. gariofiloz
bdellij añ. 3. 5. nucis inde musci añ. 3. ij. Cōcassentur de-
inde bulliant simul vsq̄ ad cōsumptionē aque: colentur
et reseruentur: aliqui sup p̄ia addūt huius descriptioni xilo
bal samum: et carpopal samum.

¶ Descriptio. xxj.

Vnguentum agrippe sic. in magno antido-
tario quo agrippa rex indeoz vtebatur va-
let hydropis: et omnibus tumoribus in qua-
cung parte corporis fuerint: et ad nervos in-
dignatos: v̄mā puocat: et inunctū super v̄e-
trā laxat: et dolori renū ex frigida causa opti-
me facit. R. brionie. i. radicis cucurbite sil-
nestris lib. j. radicis ebuli. species est sambu-
ci faciēs quedā semina nigra fetētia: tribuli
marini añ. 3. ij. radicū sicide. i. cucumeris asi-
nini li. j. squille. 3. vij. zrei. i. li. ij. cele. 3. iij. radi-
cum silicis. 3. ij. Des radices ter vel quater
bñ lauent: et in p̄leo marmoreo bñ terātur:
olei lētisci li. iij. ¶ Ponatur in dicto oleo: et p̄
dies octo p̄mittatur. ¶ Nonā vero die ad ignē
ponantur oīa hec: et tādū bulliāt q̄ radices
diuidant: deinde ponatur in sacco exprimē-
do: et colādo: et cum colatum fuerit ad ignē
ponatur: et cū fuerit debite fere coctū p̄yica-
tur i cere albe. 3. v. Et liq̄facta cera ab igne
deponat: et post infrigidationē reseruetur.

¶ Antidotarium est: quodlibet teludēs diuersas descri-
p̄tōes medicina: ad diuersos et varios passiones: et an-
tidotariū. i. cōtra vitia datū: q̄ cōtra egritudines p̄cipa-
liter. Vel aliter antidotariū h̄i. i. cōtra vatum. ab anti-
quod est contra: inde dicitur antidotariū q̄d est liber cō-
tinens experimenta cōtra morbos data.

¶ Tribuli marini sunt q̄dā fructus nascētes in aqua cor-
nua habētes: et intus habent quandam medullam ad
similitudinem castaneę: et isti gallici pauperes solebāt
super pilos suos portare.

¶ Botim est duarū specierū domestica: et siluestris: do-
mestica est arbor terebēntine. Et siluestris lētiscus arbor i
montibus nascēs ex cui⁹ semine fit oleū lētisci: et si ha-
beri nō potest ei⁹ loco ponitur oleū masticis vel terebē-
tinā vel oleū de leuco. i. albu antiquum.

¶ Descriptio. xxij.

Vnguentum marciaton q̄d in vsu commu-
niter h̄t sic. vt supra h̄is virtutes vngue-
ti marciaton suprascripti. R. folioz lauri
li. ij. rute li. ij. 5. amarici. i. maiorane li. ij. ro-
rismarini lib. j. 5. folioz mirrhi lib. j. euf-
orbiij. id est flozis saluie balsamite. id est men-
the aquatice osimi ana. lib. 5. butiri. 3. v.
masticis storacis calamite medulle ceruine
adipis v̄si adipis galline ana. 3. j. thū

ris. ʒ. ij. olei nardini. ʒ. j. olei viridis. id est
ex oliuis imaturis li. vj. Et fiat unguentū put
in unguento alio martiaton tibi ostendi.

¶ Oleum viride est oleum omphancinum. i. oleum oli-
uarum immaturarum: et dicitur a virendo: eo quod maio-
rem viriditatem habet quam cetera olea simplicia.

¶ Descriptio. xxij.

Unguentū staphisagrie magistrale. R. arū
gie saponis mollis staphisagrie añ. ʒ. iiij. o-
lei linose. ʒ. iiij. agētī viui extincti. ʒ. ij. cōterā
tur subtiliter cōterēda: et misceant. vj. hoc yn-
gētum ad interficiēdum vermes seu pedicu-
los capitis palpebrarum et inguinum.

¶ Arungia si simpliciter scripta reperitur semper de
arungia porcina est intelligendum.

¶ Hic vtiliter est notandum quod stomachus: et epar non
dicitur aliquo unguento ungi: aut aliquo emplastrū vel cerotū
super eos ponendū post cibū: quia attrahendo calorem a
loco digestionis impedit et cibi digestionē: et naturam a
sua digestionē seu operationē diuertet.

¶ Unguenta emplastra et cerota vt plurimū cōseruan-
tur per annū in sua virtute: et bonitate: et non plura: quia elas-
tico anno paulatim humiditatis eorum naturalis deper-
ditur: et restrictas acquiritur: quare notet apotheca-
rii: et his cōpletur summa octava que fuit unguentorum.

¶ Incipit nona distinctio que est de emplastris: et cō-
ter. vj. descriptiones: quarum prima est.

¶ Descriptio prima.

Emplastrum de melliloto. R. De-
sue: mollificans oēm duritiē que
fit in stomacho epate et splene: et
omnibus visceribus. R. melliloti.

ʒ. vj. florum camo. fenugreci. s. se. baccarum
lauri radic. althee absinthij. ana. ʒ. ij. se. apij
cordumeni. i. carni agrestis hyrcos: scz ra-
dicis ciperi a meos. Spice castie lignee ana.
ʒ. j. ʒ. fanfuci. i. maiorane. ʒ. ij. armoniaci. ʒ.
x. floracis bdellij. ʒ. v. terebentine. ʒ. j. ficuū
pinguium numero. xij. seri caprini refine añ.
ʒ. ij. ʒ. cere. ʒ. vj. olei fanfuci. i. maiorane olei
spice añ. li. ij. cōficiatur sic ex se. fenugreci ra-
dice altee: et ficuū fiant muscilagines in aqua
decoctionis alterius fenugreci camomille:
et melliloti añ. q̄tum sufficit: et de dicta deco-
ctione etiā gumme prescripte dissoluantur.
Cetera vero puluerizent: et additis aloes ce-
ra: et adipibus fiat emplastrum. ¶ Dotes etiā
alio mō facere decoquere radices althee: et fi-
cut in prescripta decoctioe. et post ipsarū per-
factā coctionē bñ illa pistare: et gūmas in de-
coctioe dissoluere: cetera vero puluerizare:
deinde cum oleis predictis quod remansit de de-
coctione miscere: et his addere: et radices et fi-
cus et gūmas dissolutas: et iterum simul tan-
tū bullire quod decoctio consumpta sit: postea
adde flores: et leui bullitione bulliat: deinde
tereбетina resina colata: sepi et cera ponant

et bulliat vsq; ad liq̄factionē cere: deinde ab
igne deponant: et puluis suprascriptarū rex
addatur: et bene omnia misceantur. et reserue-
tur. Et hic melior erit modus: quod etiam su-
perior sit bonus.

¶ Ea que in emplastris ponuntur non multū sunt cōtere-
da: eo quod virtus ipsius solū agit in membrū quod tangit: et
diu virtus eius durat. et debet esse emplastrū grossum
quando super locum egrum ponitur.

¶ Aliqui empirici apothecarij puluerizāt semē lauri ex
teriori cortice non amoto: et male quare in quocunq; lo-
co ponuntur semper a superiori cortice mundentur.

¶ Cordumeni. i. carui agreste. Sed si haberi non possit
eius loco apponi possunt carui domestici.

¶ Descriptio. ij.

Emplastrum galeni positū a ʒ. Des. emēdas
vitia stomachi cōfortās stomachum: et emē-
dans eius vitia quod ex frigiditate fiūt: cōfortās
digestionē: et appetitū pcurās: et confortās
epar: et sedans dolorē eorum. R. rosarum.
ʒ. xx. folioꝝ absinthij sicci. ʒ. xv. mastiacis. ʒ. xx.
inde. i. spice nardi. ʒ. x. terant seu q̄terāt hec:
deinde accipe cere mūde. ʒ. iiij. olei rosati li. j.
ʒ. dissoluant duo hec ad ignem et lauentur
post earum coagulationē cum aqua rosa. la-
uationibus pluribus: deinde iterum dissol-
uantur: et post congectionem lauentur in vi-
no veteri: succo citoniorum: et parum acetis:
deinde misceant cum puluere rerum supra-
scriptarum: et fiat emplastrum.

¶ Modus iste est bonus: sed ego soleo illū lauare face-
re post prescriptas lotiones in vino optimo nigro: vt ma-
iorem simplicitatem iterum habeat et confortationem.

¶ Descriptio. iij.

Emplastrū diafinicon ʒ. Des. est confortatiuū
stomachi et epatis in quibus accidit vehemēs
debilitas: et viscerū quod accidit lubricitas:
et mollificatio: et confortat ad fluxum vētris: et ad
fluxū epaticum. R. cere. ʒ. j. olei nardini añ.
ʒ. iiij. mastiacis. ʒ. ij. ʒ. laudani. ʒ. j. Puluerizē-
tur puluerizāda: et liq̄facta cera cum oleis mi-
sceant: et reducātur ad formā ceroti: deinde ac-
cipe dactiloꝝ siccoꝝ nume. xl. tortellarū de
seni. ʒ. v. duo hec fundant per duos dies in
optimo vino nigro subtiliter iicisa: et tortelle
cōfracte: carnā cytonioꝝ coctoꝝ in vino. ʒ. j.
terātur dactyli cōtritioe vltima carnes cy-
tonioꝝ: et tortelle de seni oia p se: deinde ite-
rū insimul deinde misceant cū suprascripto
ceroto: et contundant in mortario donec ag-
gregentur: deinde projice super ea olabana
absinthij succi ana. ʒ. ij. ʒ. ligni aloes macis
mirre aloes loti spice achatie galie muscate
ramich calami aromatici añ. ʒ. vnam. pulue-
rizentur subtiliter hec deinde cum alijs re-
bus misceantur: et conterantur in mortario

bene donec omnia cōmiscantur: et fiant in
vnam formam habens emplastrū.

¶ Calamus vel calami si simpliciter scripti reperitur
de calamo aromatico semper est intelligendum.

¶ Aloes qđ ingreditur in emplastris vnguentis: et cero
tis semp̄ d̄z esse lotū cū magis cōfortatiuum sit magisq̄
desiccatiuum: et minus mordicatiuum.

¶ Descriptio. iij.

Emplastrū de granis lauri et des. conferens
ad dolores ex frigiditate factos: et v̄tosita
te: et proprie ad dolorē v̄tris: et stomachi et
renum: et matriciū: et vesice: et aliorū viscerū.

℞. olibanī masticiis mirre añ. ʒ. j. granorum
lauri. ʒ. ij. ciperi cost. añ. ʒ. ʒ. mellis cocti lib.
ʒ. ʒ. cōteratur oīa prescripta: et reducatur cum
melle ad formā emplastrū: et si vis emplastrū
valere in hydropisī his prescriptis oīb̄ ad
das ciperi. ʒ. ʒ. stercois caprarū vel vacca
rū sicci puluerizati. ʒ. vj. qđ est ad pondus
oīm mellis lib. ij. est em̄ multū conueniens:
vt a des. videre potes eo loco.

¶ Ad faciendum emplastrum cum melle pro omni lib.
j. mellis dare debes. ʒ. iij. specierum cribellatarum si de
bitam formam habere debet.

¶ Mel in emplastris nullo modo coquendum est: eo qđ
coctura multū tenax ipm̄ facit: ideo ponat̄ eis crudū.

¶ Descriptio. v.

Emplastrū monta. cōtra fluxū qđ in vsu est
valens in omnibus fluxib̄ antiquis diari
cis: et ex eo calido totum miracha scuto oris
stomachi vsq̄ ad ilia: et femur. ℞. eupatorij.
ʒ. ʒ. squinati. ʒ. ʒ. spice inde quartā par
tē. ʒ. ʒ. vnius masticiis macis ana. ʒ. ʒ. ligni
aloes. ʒ. ij. mirabola. emblicorū kebulorū af
satorū añ. ʒ. ʒ. boliarmentī lapidis ematibitis
terre sigillate añ. ʒ. vj. seminū coriandroū pre
paratorū. ʒ. ʒ. ʒ. spodij. ʒ. ʒ. rosarum. ʒ. ʒ. fari
ne ordei. ʒ. ʒ. specierū triasandalorum sine
camphora. ʒ. ʒ. scorie ferri preparate. ʒ. ʒ. olei
masticiis olei mirtilorū añ. li. ʒ. ʒ. cōtundatur
subtiliter eupatorij. Cetera vero puluerizē
tur: et fiat emplastrum in bona forma. et ira
biliter enim valet in fluxu ventris.

¶ Camphorā em̄ nō iussit apponi specieb̄ triasanda
lorū hoc in emplastro intrātib̄. ppter int̄sam ip̄i frī
giditatē. Intestina em̄ sunt debilis calor: nec multum
frigida sunt apponenda circa ea regulariter operādo.

¶ Descriptio. vij.

Emplastrū de crusta panis mōtagnane va
let in vomitu puerorū: et in nō potētibus ci
bū retinere: multū in vsu est: qđ actu calidum
in omni vomitu sedat eū in mediā hora. ℞.
masticiis mēthe spodij coralarū rubeorū san
dalorū alborū sandalorū rubeorū añ. ʒ. ʒ. cru
ste panis assi et infusi in aceto per mediā ho
ram. ʒ. ʒ. olei masticiis olei citoniorum. ʒ. ʒ. sa

rine ordei. ʒ. ʒ. ʒ. Cōteratur subtilissime pa
nis. Cetera puluerizentur: deinde miscean
tur: et fiat emplastrum sine igne.

¶ Utiliter hic est notandū qđ mēbas principalibus: et
maxime cordi: et stomacho nullo mō apponēda sunt frī
gida acta: qđuis potencialiter: et virtualiter frigida sint:
sed aliquāter sunt tepesciēda: et p̄ p̄ue p̄ueno: quare
bene notet hoc: vt queant instruere medicamenta a cis
pientes: qđ quando domini medici in aduertentia non
explicāt de forma approximationis: et doctus apothē
carius supplere potest. Et his emplastris communitū
distinctio completur que fuit nona distinctio.

¶ Incipit distinctio decima que est de cerotis: et cōtinet
nouem descriptiones: quarum prima est.



Erōtū diachilō magnū et des. qđ
ab eo appellat̄ emplastrū veruz:
qđ cōiter sit ad formā ceroti: ideo
in eorū summa ponā expertū ad
resolutionē: et ad maturationē oīs duritiē.
℞. litargirij mūdi triti: et cribellati lib. ʒ. olei
hyzini olei camomille olei aneti ana. ʒ. viij.
muscilaginis. s. lini muscilaginis. s. fenugre
ci muscilaginis radicū althee muscilaginis
ficū pinguiū muscilaginis passularū succi
bireos succi sille hyfopi būide glutinis al
chanach añ. ʒ. ʒ. ʒ. ℞. muscilagis fenugreci
muscilaginis. s. lini muscilaginis radicū al
thee añ. ʒ. ʒ. fiant dicti muscillagines in aqua
decoctionis melliloti litargirij triti cōtrictio
ne vltima et mundi a plūbi scorria. ʒ. ʒ. olei
camomille olei hyzini añ. ʒ. ʒ.

¶ Terebentine ʒ. ʒ. resine pini cere citrine añ. ʒ. ʒ. Con
fice hoc modo. Accipe litargirij: et supra scripta olea: et
dū in mortario lapideo cū pistello ferreo conuassent:
et elaboretur in eorū cōquassatione p̄ mediā horā salte:
deinde bulliāt super ignē cū facilitate semp̄ et incessan
ter agitando cū spatula donec coagulet̄ litargirij: tūc
deponatur ab igne: et p̄mittatur in frigidariū: deinde acci
pe muscilagines glutē succū: et hyfopū et terebentinā: et
inter eos aliquāter ebullitione bulliant: deinde in morta
rio cū litargirio: et oleis predicta ponant̄: et cum pistello
tūc cōquassent donec condecens fiat eorum permixtio.
Tunc iterū omnia reponantur sup̄ ignē et cera addita
tantū coquantur qđ ad debitam formam veniant scz qđ
habeant solidiorē coctionem qđ habere debeat vngūē
tum: et nihil ultra ne aduratur.

¶ Sunt qui male scribunt: et proferunt hanc cōpositio
nem: et dicūt diachilon: et male: qđ scribi diachilon. i.
cōpositio facta cū succis: et muscilaginibus qui sunt sic
cur succus. s. a ethylus. i. succus. de alcanach inter dos
ctores magna est cōtrouersia: qđam dicūt qđ est musci
lago radice enule: et hoc satis p̄sonū est: eo qđ mollifica
tiua et resolutiua. Alij dñt qđ est mucilago radice altee:
et scribūt alzana. nec hoc remotū est a p̄sonātia: cū et il
la sit mollificatiua resolutiua: et maturatiua. Nonnulli
alij dicūt qđ est muscilago radice arifologie: et hoc est
de apparetia h̄z cū et illa valeat in resolutione a patib̄: et
i extrahēdo ossa fracta: et scribūt alhana ch. s. ut et aln di
cetes qđ est colla piscis: qđ ma. s. l. dicit qđ alcanach. ē no
mē cuiusdā pise: et alibi qđ est spēs cuiusdā pise: et al
bi qđ est qđā gen̄ piscis qđo colla sit remact̄ in decisu.
Et nisi cōpositio hec haberet in se attractionē potentē
sane magis adherere sc̄be opiniōis: v̄mittat̄ hanc col
lā. Sed quia medici cōpositionem hanc attractiuam di
cūt: vt experimento iam comprobatum est: et extractio.

non fit nisi mediante hac colla: sicutur poni facere potes
collam piscis dissoluendo illa puus in aqua: et hoc idem
faciunt communiter practicanes in apothecis.

¶ Descriptio. ij.

Diachilo min^o ad des. cuius iunamētum no-
tum est ad aparata dura: et ad duriciem epa-
tis: et splenis: et stomachi: et ad oēm duriciem
et scrophulas excoatiuis: et in oi fluxu epa-
tico: et pprie cū emplastra. Puluis radicis
hyzeos. ʒ. j. Accipe ergo litargiriū: et pulue-
ri. hyzeos: et diu in mortario agitetur: et vt su-
pra tibi ostendi in alio fact^o. Et memorādo
qđ coctio sit media inter vnguētū: et cerotū.

¶ In omni cōpositione in qua intrat lithargiriū: et mus-
cilagines post coctionē lithargiriū cū oleo. Antequam
muscilagine ponatur semper debem^o expectare infri-
gidationē vel saltē tepefactionē olei i quo est litargiriū.
Si enim ipsi seruetibus apponentur muscilagines
adeo excreserent sup captū qđ maior pars in ignē p-
deretur. Et hoc sepe vidi contingere famulis apotheca-
riorū nō expertis: et sic iudicabā illos indoctos huius
artio: et qui se magistros esse dicebant: ineptissimi disci-
puli esse compellebantur.

¶ Descriptio. iij.

Cerotū pro renib^o meo ingenio repertū vti-
le atq; mirabile ad p̄hibendum abortum in
muliere pregnāte. vidi de eo vtilia expimen-
ta: et maxime in illustrissima nunc quondam
comitissa brixie i partib^o vltimātanis vxo-
re Illustrissimi philippi dñi de sabaudia q̄
habuit duos abortus: et appproximato cero-
to aliquo tpe portauit. Et illo semel relicto
sterum ad abortum venit. In multisq; alijs
matronis: et mulierib^o: illumq; cōposui dñi il-
lustrissimi ad desue dñationi seruirem anno
m. dccc. lxxx. R. mastice electi. ʒ. j. laudani.
ʒ. vj. cere citrine. ʒ. ʒ. Bistorte nucū cypressi
hypoquistidos achatte sanguinis draconis
rosarū rubearū corallozū rubeozū sandalo-
ram mēte sicce semina coriandrozū prepara-
tozū galie muscate terre sigillate añ. ʒ. ij. olei
oliuarū incōpletarū li. ij. puluerizetur pul-
uerizanda: et fiat cerotū in bona forma: qđ si
tenax non est addatur parum terebentine.

¶ Cerotū dñi a cera: qđ oē cerotū recipit cera: vel aliqd
loco cere: et est quoddam mediū inter vnguētū: et empla-
strum spissius vnguento: et liquabilius emplastrō.

¶ Descriptio. iij.

Cerotum de gūmis ad des. R. galbani. ʒ. j.
armoniaci. ʒ. ij. viridis eris. ʒ. ij. aristologie
lōge aristologie rotūde thuris oppoponacis
mastice cere. añ. ʒ. j. olei oliuarū. ʒ. vij. litar-
giriū auri. lib. ʒ. j. mirre. ʒ. j. bdellij. ʒ. ij. lapid-
is calamite lapidis ematitidis añ. ʒ. j. pulue-
rizetur puluerizāda: et gūme in aceto dissol-
uantur: et fiat cerotum in bona forma.

¶ Litargiriū si simpli scriptū reperit de litargirio au-

ri intelligat qđ circa instans aliter sentiat: dicit em̄ qđ
litargiriū. s. fer stanni in vsu est: et cōter eo vitmur: et fit
per coctionē: cū sit stannū ex vena terre: et hoc verū est qđ
eo vti debemus qđ intendimus multū infrigidare.

¶ Descriptio. v.

Cerotum de laudano magistrale mirabi-
lis iunamēti pro stomacho infrigidato: et de-
bilitato: cōfortās virtutē digestiua: et valēs
in passionibus frigidis ei^o: et remouens do-
lores factos a v̄tositate digestiua. R. men-
the rosarū absinthij ligni aloes mastice ci-
namōi spice nardi mirtilozū ana. ʒ. iij. gario.
galange nucis muscate macis zinziberis ga-
lie muscate. costi. añ. ʒ. ij. ʒ. ciperi calami aro-
matici olibani aloes mirre corallozū rubeo-
rū añ. ʒ. j. zedoarie terre sigillate abrotani cē-
tonici cētauree maiorū añ. ʒ. j. ʒ. laudani bo-
ni. ʒ. ix. cere citrine li. ij. terebentine. ʒ. vij. Et
quefiat cera terebentina et laudnū simul: dein
de suprascripte alie species apponantur.

¶ Aliquādo scriptū reperies menthe sicce: et absinthij
sicci: et aliqñ mēthe: et absinthij simpliciter: quereret al-
quis quid in diuersitate dicta est faciendū. Ideo in hoc
dico qđ auctores semper intelligunt de ipsis siccis q̄uis
aliquādo nō exprimāt: et aliquādo sic: et ppter expressio-
nē volūt: postmodū te intelligere de siccis: et ideo expref-
serunt in aliquibus menthe vel absinthij sicci id qđ vo-
lunt qđ tu in ceteris intelligas. Nā qñ volūt dictarū hu-
miditate herbarū dicunt succi absinthij vel succi men-
the quare bene nota.

¶ Descriptio. vj.

Cerotum pro crepatis Ventilis in suis cō-
silijs cōsilio p̄rio preciosissimū: et expertū qđ
in vsu est: et est cōsolidatiū dindimi dilatati
p̄ quē intestina descēdūt ad osseum siue bur-
sam testiculozū. R. picis liquide colophonie
cere aristologie lōge aristologie rotūde ver-
miū terrestriū aloes añ. ʒ. iij. lithargiriū ar-
moniaci oppoponacis galbani mastice bde-
lij sumach. añ. ʒ. j. terebē. serap. cōsolide ma-
iozū: cōsolide miozū añ. ʒ. j. visci q̄rcini lapid-
ematitis olibani gypsi mirre turis añ. ʒ. ʒ.
gallazū nucū cipsi boliarmenti hypoquistidos
mumie. añ. ʒ. vj. sanguinis draconis. ʒ. vij.
sanguinis humani li. ij. cōfice sic. accipe pellē
arietis cū pilis inde remotis: coquant in aq̄
tandū donec tota liquefiat: et postea permit-
te aquam infrigidare: et resider: deinde ac-
cipe species bñ tritas: et cribellatas: et gum-
mas: prius tñ dissoluātur i aceto fortissimo
que dissolute sanguine cōmisceantur: et hec
omnia permisce: in colatura aq̄ arietis pel-
lis i cacabo: et fac simul bulliat donec ad nis-
gredinē: et ad formam ceroti veniant: et vtere.

¶ Sanguis humanus debet extrahi ab homine sano
sanguinee cōplexionis: et post extractionē dñi in ceroto
illico: poni: eo qđ lōga ipsi^o extractio corruptionē indu-

De oleis Distin. xi.

cit. Aliqui volūt q̄ prius exsiccentur.

¶ Descriptio. vii.

Cerotū pro costis magistrale valens pprie ad dolorē pectoris ex frigiditate: mollificās ⁊ sanās loca infrigidata. ℞. masticis galbanī oppoponacis serapini armoniaci thuris picis naualis hyfopi humide ana. ℥. ij. terebentine cere absinthij fenugreci: scz seminis camomille añ. ℥. j. croci. ℥. j. muscilaginīs fenugreci muscilaginīs seīs lini: muscilaginīs althee añ. ℥. ij. misce ⁊ ex his fiat cerotū dissoluēdo pri⁹ gūmas in aq̄ decoctōis althee fenugreci: ⁊ seīs lini. pulverizādo etiā pulverizanda reducatur ad formam ceroti.

¶ Camomilla si simpliciter scripta in cōpositis reperitur: semper de flore est intelligendum.

¶ Muscilaigo althee si simpliciter scribat̄: vel scriptū reperitur de radice faciēda est: vt doctores volunt.

¶ Descriptio. viii.

Cerotū oricrocij Nico. in magno antidotario: ex aceto ⁊ croco nomē h̄y: valet p̄cipue ad fracturas ossiū: ⁊ ad mēbra q̄ dolore aliq̄ affligūtur: ⁊ apostemata dura in quacūq̄ parte corporis fuerint remollit: ⁊ dissoluit. ℞. croci picis colophonie cere añ. ℥. iij. terebentine galbanī armoniaci mirrhe olibanī aloes: aliqui tertus nō habēt aloē masticis. añ. ℥. j. iij. cōficiātur sic: galbanū armoniacū aliquātulū cōtusa ponātur in sufficiēti quātitate aceti per noctē. mane vero ponātur in ignē vsq̄ ad liquefactionē dimittēdo. post liquefactionē colētur: et iterū decoquātur donec acetū cōsumatur: ⁊ tūc addat̄ picis naualis liquefacte ⁊ colate cera colophonā ⁊ terebētina: ⁊ iteruallo facto ponat̄ masticis olibanū mirrha ⁊ aloes semp cū spatula agitādo. Ad vltimū cū coctū fuerit in aqua frigida funde: ⁊ extracto ab aq̄ manib⁹ expriat̄ vt tota aqua creat. Et sup marmor vinctū oleo laurino puluere croci supposito mape tur: ⁊ factis magdaleonibus reseruetur.

¶ De croco hic in ceroto a varijs diuersimode ponit̄: q̄ dā post perfectā coctionē ceroti: ⁊ postq̄ amorū est ab igne: crocū intus ponunt: ⁊ cū alijs rebus bene incorporant: modus iste magis ab doctoribus laudatur. Alij vero supradicto modo faciunt nec inutilis est.

¶ Descriptio. ix.

Ceroti de muscilaginibus magistrale lenitiuū: ⁊ mollificatiuū oīs duricie. ℞. muscilaginīs althee muscilaginīs fenugreci muscilaginīs seminis lini añ. ℥. vj. bdellij armoniaci oppoponacis añ. ℥. ij. olei de lilio fecis olei linoſe añ. ℥. iij. lithargirij terebentine añ. ℥. iij. storacis. ℥. ij. picis naualis. ℥. iiij. cere noſe li. ij. medulle bouis vel sepi castrati. ℥. iij.

puluerizentur pulverizanda: ex his fiat cerotum in bona forma.

¶ Nota q̄ q̄ si storax simpliciter reperit̄: de calamita est intelligendū cū melior sit alijs speciebus. Nā calamita idē est q̄ bona gutta ⁊ calos q̄ est bonū ⁊ mitos q̄ est gutta. ex his cōpletur decima distinctio que fuit de coctis in vsu existentibus.

¶ Incipit vndecima distinctio que est de oleis: ⁊ continet. xxx. descriptiones: quarum prima est.

¶ Descriptio prima.



Oleū spice Def. fen nardinum: ⁊ est secūda descriptio: multorū iuuamētōrū: ⁊ pprie ad oēs egritudines frigiditatis ⁊ v̄tositatē: ⁊ pprie neruorū stomachi epatis: splenis: renū vesice: ⁊ matricis: ⁊ cōfert dolori auris ventoso: ⁊ dolori capitis: et emigranee s̄m oēm formā administrationis. ℞. spice inde. ℥. iij. sansuct. maiorane. ℥. ij. xilaloēs. i. ligni aloes enule. s. radicis folij indi calamī aromatici foliorū lauri ciperi squinatī cordumēni. i. carui agreſtis añ. ℥. j. s. cōfrangātur oīa grosso mō: ⁊ fundātur super ea vini: ⁊ aque ana. t̄m q̄ predictē res cooperiātur olei sifamini li. vj. Decoquantur in duplici vase per horas sex lēto igne: deinde sine colatura oīa in vase reponantur: ⁊ obturetur os vasis.

¶ Oleum oliuarum est materia omnium oleorū: ⁊ de nominatione olei habetur: ⁊ intelligitur de olco oliuarum: ⁊ non de alio oleo.

¶ Compositio huius olei est preciosissima. Sed raro fit propter penuriam folij veri. Et propter avaritiā emptorum nolentium debitum pretium soluere.

¶ Oleū sifaminū nō fit: q̄ grana sifami nō reperiuntur apud nos: sed loco ipsius accipi p̄ō: oleū amigdalārū v̄lutiū: vel aliud quod inferius describetur.

¶ Descriptio. ii.

Oleū spice magistrale: ⁊ hoc cōiter fit: ⁊ supplet vicē superioris q̄ propter penuriā folij veri nō fit. ℞. spice nardi. ℥. ij. spice celtice. ℥. j. sticados. ℥. j. maiorane. ℥. j. nucis muscate cinamomi añ. ℥. vj. masticis. ℥. ij. calamī aromatici añ. ℥. j. succi saluie vini optimi aque fontis añ. ℥. vj. olei cōmunis lib. vj. cōfrangātur omnia simul: ⁊ coquant̄ in duplici vase lēto igne vsq̄ ad consumptionē vini aque et succi: deinde reseruetur.

¶ Oīa olea debēt coqui in duplici vase: ⁊ lento igne: eo q̄ oleū facilius est resoluibile. ⁊ magno colore infāmas retur: ⁊ v̄t⁹ deperdere: ideo doctores volūt: ⁊ iusserūt hāc decoctionē. Modus aut̄ tritus est. Sed si artificiale vas ad hoc nō haberem⁹ possem⁹ accipere viccā: petre vel stanni cooperiūt: in eo oleū ⁊ alia ponere: deinde v̄lutiū viccā infundere in cacabo aque pleni: ⁊ sub eo igne ⁊ fa cere: ⁊ ebullitione aque oleū q̄ a quā non rāgit decoqueretur: ⁊ hic est modus optimus.

¶ Dicitur oleum spice a spica in eo intrante: eo q̄ spica est basis in oleo.

¶ Descriptio. iij.

Oleū sifaminū magistrale: q̄ fit q̄n haberi

non pot oleū de granis sifamini: tñ si haberi possent meli⁹ esset modus cōpositiōis ei⁹ et sic sicut olei de amigdalis: et eius inuamēta sunt: qz impinguat et addit in spermate: et lenit duricies: et asperitates: et clarificat vocē. et lenit guttur. et est materia multoz oleozū.

℞. musci. ʒ. j. ligni aloes. ʒ. ʒ. nucis muscate gariofiloz macis spice cardamomi. s. maioris et minoris: galie oleice cubebe calami aromatici ana. ʒ. j. olei cōis lib. j. bulliant in dulci vase et reponantur.

℞. Stud oleum ingreditur in multis medicinis: et qd ad nos nō afferitur qd multi et false dicant qd verū appoztat: hanc cōpositiōē loco ipsi⁹ solent medici dispelare qd in virtute est ipsi⁹. Et si hāc nō vis facere: et aliud habere nō potes. ʒ. p. forū loco accipies oleum amigdalazū dulcium qd in virtute est illius: vt ois medicorum tenet schola: sed recens esse debet non rancidum.

℞. Descriptio. iij.

Oleū citonioz et des. stomachū et mēbra nutritionis cōfortās: et nervos qbus accidit lassitas: et phibet multitudinē sudoris. ℞. carniū citonozū tritorū cū cortice suo quib⁹ media accidit maturatio: succi citonioz cū cortice incomplete maturatorū ana. ʒ. ʒ. Olei ex oliuis immaturis libras tres.

℞. Tria hec ponant in vase vitreo: et soli exponantur per dies. xv. vase obturato: deinde coquantur in duplici vase p horas qtuor: deinde colent cū peria exprimēdo: et colature uerū addant citonia: et succ⁹ eozū qstitate supra scripta. Et soli p tñ tpa dimittant: deinde in duplici vase: vt supra coquantur deinde expumantur. Et iterū tertio et citonia et succus colature addantur: et soli exponantur: et tpe dicto iterū dimittantur postea vltime coquantur: et colentur et reseruetur.

℞. Si oleum de oliuis immaturis haberi nō possit loco ipsius accipi pot oleū cōpletū: et ter vel quater lauare potest in aqua: et ita aequaliter ad virtutē olei incomplete approximabitur. Modus lauandi positus est supra.

℞. Descriptio. v.

Oleū mastice et des. fm qd in vsu est cōfortās stomachū: nervos epar: et iuncturas et lenit apata dura. et sedat dolores. ℞. olei rosati li. j. mastice. ʒ. iij. vini boni. ʒ. iij. et in alio. ʒ. viij. decoquantur oia in duplici vase vsqz ad consumptionem vini et reseruetur.

℞. Vinū cū quo fieri dz istud oleū dz esse vinum rubeū: eo qz magis sūpticum: et confortatiuum est.

℞. Descriptio. vi.

Oleum liliorū compositum et des. fm in vsu est separatiuū dolorū qui sūt a frigiditate: et confert dolori pectoris dolori matricū: et frigiditati eius: et calefacit renes et vesicā et cōfert colice. ℞. solū liliozū alborum. ʒ. ʒ. ir. mastice calami aromatici costi carpo balsami. ana. ʒ. j. gariofilozū cinamomi an. ʒ. ʒ. croci. ʒ. iij.

℞. Omnia grosso mō cōterantur: et prosciuntur sup eis lib. ʒ. aqz solis litorū remozoz: dimittantur p die ac. no:

tem: postea oia simul bulliat trib⁹ vt quatuor bullitiō nibus: deinde pone olei oliuaz sifamina super ea lib. vj.

℞. De tribus ebullitionibus iterū bulliat: deinde ponatur in vase vitreo cum solis litorū: et dimitte in sole p dies. xl. deinde cola: et administra.

℞. Stud oleum qstiqz sit ex lilio celesti. s. freos. et tūc illud est magis resolutiuū calefactiuū: et penetratiuū. factū vero ex lilio albo est magis sedatiuum: et lenitiuū: et maturatiuum.

℞. Descriptio. viij.

Oleum costinuz et desue nervos: et lacertos calefaciens: et aperies opillatiōes eozū: et cōfortans omnia mēbra nervosa: et confert stomacho: et epati: et confortat capillos probibens caniciem: et facies colorē et odorem corporis bonum. ℞. costi amari. ʒ. ij. cassie li. gnee. ʒ. j. summitatuz maiorane. ʒ. viij. vini odoriferi li. ij. cōfrāgantur omnia predicta: et infundant in vino p noctes duas: deinde accipe olei sifamini li. iij. decoquant omnia in duplici vase per horas sex et reserua.

℞. Hic nota qd auctor dicit costi amari. ex his verbis posset quis credere qd sit aliud costum igitur intelligas ex suis dictis quod sit instruit qd non accipias de adulterato: sed de naturali quod amarum est: et cum his etis nota que supra de costo tibi dixi.

℞. Descriptio. iij.

Oleum vulpinū et des. et est medicamē nobis vltimū ad arteticā: et podagrā et dolorē renū: et dorū. ℞. vulpē integrā: cuius interiora sint euulsa: et pone in vase: et funde sup ipsam aqz fontiuū: et aque marine an. kist. i. li. j. s. olei antiqz clarū list. ij. i. lib. iij. ʒ. ir. Et simul oia decoquant lēto igne cū sale. ʒ. iij. Et coquantur vsqz ad aque cōsumptionē: deinde pmuta in alio vase: et pūce sup ipsa aneti albaf. i. thimi an. lib. j. et fūde sup ea aqz dulcis decoctionis predictarū herbarū li. ij. Et decoqz sicut pri⁹ vsqz ad aqz cōsumptionē: et carnis ab ossibus: et nervis separationem: deinde colentur omnia fortiter exprimēdo et reseruetur.

℞. De aqz marina. nā si illā habere non potes loco ei apponno aquā bene salatā: tūc hoc qd bñ salata sit iterū quantitatem salis in receptis descriptam apponno.

℞. Aqua marina ante quartū diem putrefiat: et fetet. Et ad eam cōseruandum p mensem ponatur seu misceatur cum ea parum aque vite aqua est vite est bona cōseruatric: eo qz resistit cōtra omnem putrefactionē. Et vltra hoc cōseruat incaustum ne a magno frigore cōgeletur: vt sepe ego expertus sum hoc incidenter.

℞. Salis si simpliciter scribatur vt scriptum reperiatur semper de vsuali: et cōmuni intelligatur.

℞. Kist enim idē est qd lib. j. s. vel cotile due. Et cotila est ʒ. ix. vt volunt doctores.

℞. Descriptio. ix.

